stimoniam exaltationē ⁊ triplicitatē ⁊ ipm ascēdens p̄spicit efficacē q̄ iupiter: ⁊ cum b̄ etiaz digniore locū celi occupat: q̄ igit ven⁹ vt dicitur est erit almuten ascēdēns. **R**espōsum ē personam de qua q̄stū est mulierē esse vel salteꝝ mulieb⁹ cōplexionis seu nature: et q̄ iupiter habet dñū naturale in ascēns. s̄ dñū dom⁹: ⁊ ē iupiter almuten. s̄ dom⁹ q̄ h̄z ibi exaltationē ⁊ terminū: ⁊ q̄ ibi est inuētor q̄stionis hora in. 25. gr̄a. cancri q̄ inuētor planete in loco addit fortitudinē ei⁹ sup illo loco: ⁊ q̄ dom⁹ q̄nta in ordine domoꝝ de mēbris corp⁹ hūani significat epat. videt in dispōne p̄sonē pro q̄ facta est q̄o epat esse ḡnatum ⁊ sanguinē fleumaticū: ibi abū dare fleuma rōne cancri ⁊ sanguinē rōne iouis: ⁊ p̄sonā eē egrā ppter martē corrupentē almuten. s̄ venerē dñm ascēns. q̄ dñā ascēns. separatur a Marte. **E**t q̄ mars corruptor: for⁹ ex malo loco aspicit ex domibus suis arietē q̄ scorpionē significat calozē ⁊ siccitatē esse causā egritudinis ipsi⁹ capitis. **E**t q̄ mars corruptor occupat domū quartā que h̄z p̄cor atq̄ pulmonē significat p̄sonā pati circa pulmone. **E**t q̄ mars est signū rupturas venarū ⁊ sanguinis effusione dicit patientē sp̄uere sanguinē: ⁊ si dñs ascēdēns sol⁹ incedat sine aspectu ⁊ separationē alteri⁹ planete: ipse tūc naturā morbi ostēdet cū loco ⁊ domo in quo loco inuētor fuerit q̄onīs hora vel in principio euasionis egritudinis. **E**t nota circa b̄ q̄ planete corrupentes sunt saturn⁹ ⁊ mars et dñs octauē. ⁊ maxie si dñs octauē fuerit in pedib⁹ seu infortūat⁹ ⁊ habet corrupere alios cū quib⁹ h̄nt affinitatē. s̄ p̄ separationē applicationē cōiunctionē vel aspectū. In hac figura celi venus erat in. 28. sagittarij in medio celi: s̄ corruptor mars inuētor est in. 27. geminoꝝ in q̄rta domo in mala domo ad factus egritudinis. ⁊ ven⁹ sepabat de vno gradu a Marte corruptor: e q̄ fuit fūdasitū cognitōis egritudinis. **E**t ceterū ad malū egrū inuētor ē ven⁹ almuten ascēdēns ingredi radios solis ⁊ cōhuri a sole ⁊ distare a sole p. 2. gr̄a. sagittarij ⁊ p. 8. gr̄a. capri. duo gr̄a. signū sagittarij bicor porci signū duos mēses ⁊ octo ḡ. signū mobilis capri. signū octo dies. dubitand⁹ est de more egrī ad duos mēses ⁊ octo dies a q̄one facta sicut de⁹ voluit ordinare sic p̄ctualit̄ accidit nutu dei. cur⁹ sol⁹ ē lāguozes curare mortuos suscitare ⁊ terrena corpora p̄ celestia corpora



moderare ac inferiora p media dispensare ipsi  
gla amen. ¶ Nota circa dictā figurā q satur  
nus inuēt<sup>r</sup> est in .8. domo et in .15. q. scorpions  
et tota illa dom<sup>9</sup> d se rōe fims libret signi scōz  
pionis erat ifortunata: et cū hoc rōne pntie sa  
turni: et q vt dictū est fatum<sup>9</sup> et mars sunt in  
fortunia planetarū finis. s. libte et signuz scōz  
pionis ifortunia signoz: et sp qñ veniant talia in  
iudicijs infirmitatum in ascēn. vel in octaua  
domo vel in sexta: vel in qtra domo celi presu  
mendū ē de malo. ¶ Circa testimonia boni q  
fuerūt in ista figura celi: sol in .10. domo celi. et  
pars fortune in ascēdēte: ista duo testimonia  
modicū poterūt iuuare ad oppositum tāto  
rum testimonioz mali.

Argumentū septimi capli tertie die.

¶ Septimū capitulū de cōbinatione plane  
tarū et associatiōe cū dño ascēn. seu alter<sup>9</sup> do  
mus celi et de accessu et recessu eozūd inter se.

## ¶ In omni questi

i one et figura celi sp est querendus  
dñs signi ascēdētis et luna et susci  
pe alterū eoz de directo magis aspicientē as  
scēdēs et illū fac pncipalē si ambo aspiciāt eq  
liter ascēns suscipe alterū eoz habentē plures  
fortitudines in suo loco: tā rōne domoz q sol  
vl<sup>9</sup> sue pntis. si ambo pares in oibus: suscipe  
dñm ascēn et lunā cū eo associa. In omni igif  
qōne respice sp dñz ascēn si ipse aspiciat ascē  
dens ipse erit significator pncipalis rei qsite  
sive sit de ifirmo sive de re alia: qz fin ipm pnc  
cipali<sup>9</sup> est dispēsand iudiciū: et si nō aspiciat et  
dñs honoris. i exaltationis aspiciat signū illd  
ascēns qd est signū sui honor<sup>9</sup> accipe dñm hon  
nor<sup>9</sup> p significatoze et relinque dñm dom<sup>9</sup>: qz  
ipse dñs honor<sup>9</sup> est significator: ppter defectum  
dñi ascēn nō aspiciēt ascēns: vt exēpli grā po  
sito q aries ascendit: et q mars in tali figura  
nō aspiceret ascēns. s. arietē eo q eēt: vel in .2.  
vel in .6.<sup>a</sup> vel in .8.<sup>a</sup> vel in .12. domo. et sol aspice  
ret aliquo aspectu arietē ascēn. tūc recipiē  
esset sol eo q sol exalta<sup>r</sup> in arietē relicto mar  
te dño ascēn. et sic de alijs: qz aspect<sup>9</sup> planeta  
rū et loca planetarū fornicant domos et econ  
tra. ¶ Si nō aspiciat dñs honor<sup>9</sup> signū ascēns  
quod est sue exaltatiōis eo q non aspiciat vel  
eo q illud signū nō est exaltatio alicui<sup>9</sup> recipie  
dñm multiplicat<sup>9</sup> aut terminū post triplicitatē si  
aspiciat suā dignitatē triplicitatis aut terminū

ni post triplicitatē. ipse est tūc significator qd  
nis: et semp aspice illū qui fuerit dñs hore in  
omibus qōmbus: qz magna fortitudo est ei  
in agime si habeat dignitatē in gra. ascēn. An  
de nota hoc de dño hore q fortitudo ei<sup>9</sup> in oi  
re est sicut fortitudo dñi ascēn. nisi ipse domi  
nus hore fuerit quōlz impedit<sup>9</sup>. s. aut retrog  
dus aut cōbustus: et sic de alijs. Nō em tū do  
min<sup>9</sup> ascēn illis ipeditis ipeditur de magna  
parte sicut dñs hore. aut sic uestiga signifi  
catoze respice planetā ples habentē dignita  
tes in .5. locis qz ipse erit significator et si des  
derit vim planetē supior qui supior retineat  
fortitudinē. superior tūc erit significator. ¶ Res  
pice lunā et locū ei<sup>9</sup> a quo separa<sup>r</sup> planeta cō  
iunctōe vel aspectu qm vis magna inest ei. et  
sist<sup>9</sup> parre fortune: et si planeta fuerit in angu  
lo ascendēt magna virt<sup>9</sup> inest ei. et si fuerit in  
suis dignitibus hz etiā magnā virtutē celi:  
aut sic inuestiget significator si dñs rei questi  
te aspiciat dñm ascēn ipse erit significator: et  
cū his duob<sup>9</sup> fiet iudiciū: qui si nō aspiciat vi  
de si dñs exaltationis et dñs rei qsite se asp  
ciat cū his fiet iudiciū. si aut nō sit aspect<sup>9</sup> in  
ter istos cōsidera lunā et dñm rei questite. signi  
ficator aut spalter ifirmi sic fin haly aberira  
gel inuestigari pōt aspice almuten sup ascēns  
et sup solē et sup lunā et sup dñm partis fortu  
ne ac dñm hore et ille est qui est fortior in figu  
ra inter illos videlz. s. et fin illū significatoze  
ifirmi poteris inuestigare hoc modo pncipal<sup>9</sup>  
patiētē. Pro declaratiōe supradictoz: aspi  
ce almuten ifirmi et vbi ille est infortunat<sup>9</sup> ibi  
est egritudo: et si ipse fuerit infortunat<sup>9</sup> supra  
terrā erit infirmitas in parte dextra et si sit in  
fortunat<sup>9</sup> sub terra erit in parte sinistra. et si fu  
erit infortunat<sup>9</sup> in signo multarū ascensionū  
vt in gemis in cancro in leone et in virgine ifir  
mitas occupabit totū corp<sup>9</sup>: et si in signo pau  
carū ascensionū: vt in capricorno: aquario: pi  
scibus: et sagittario tūc est diminutio mēbrū: et  
si in signo equaliū ascensionum vt in arietē: li  
bra: tauro: et scorpione: tūc est in corde. aliter  
etiam penes partē loci infirmitatis poteris  
particulam patientē inuestigare: que pars  
loci infirmitatis fin eūdem haly accipitur a  
gradu dñi hore in gradum solis: et pñctur ab  
mito signi arietis dādo cui<sup>9</sup> sig. 30. g. et vbi  
nūerus finit in illo mēbro est infirmitas dādo  
caput arietis. et sic d alijs. et sic inuestiget pncipalē

patiens. Respiciat quis sit dñs septe domoꝝ ⁊ videat in qua domo sit. si sit in ascēdēte erit infirmitas in capite. si sit in collo. etiā si sit in ariete est in capite infirmitas: ⁊ in tauro in collo: ⁊ sic de singulis. Juxta hoc diligēter cōsidera qd duplex est via inter ceteras p̄ qui rendi p̄culā patientē. vna qd capiat dñs septe si sit corruptor ⁊ tunc est vidend⁹ ordo signoz v̄puta si sit in ariete est egritudo i capite ⁊ sic de alijs. alter mod⁹ ⁊ exquisitior videtur qd maloz planetarū malo aspectu corripat dñm ascē. qz ille est corruptor ⁊ s̄m illum attendēdus est ordo domoz qd si sit in ascē. erit egritudo in capite si in sc̄da domo i collo erit egritudo: ⁊ sic de alijs. Nota b̄ qd corruptor dicit̄ eē planeta mal⁹ siue sit mal⁹ per naturā vt saturn⁹ mars siue sit bon⁹ planeta aliūde ipeditus: vt si esset retrograd⁹ vel cōbustus: ⁊ in p̄ice si fuerit cōiunctio vel aspect⁹ inter dñm ascēdētem aut lunā ⁊ dñm septe ⁊ diē separationis a p̄iunctioe partiū. i. radioꝝ qm̄ q̄ tum durat lumen dñi septe cū altero duoz significatoꝝ tantū morb⁹: ⁊ qm̄ fiet sep̄atio luis eoz incipiet morb⁹ separi ab infirmo. planeze associant̄ dño ascēdētis qm̄ dñs ascē. est fortis ⁊ aspiciat ascēdēs ⁊ forti⁹ qm̄ est in ascēdēte: ⁊ quāto p̄pinqoz est angulo ascēdētis. i. p̄mo gradui tāto fortior est. Et ponat̄ gra exēplū qd iupiter sit in ascē. ppe angulū fortis p̄pter aliquā dignitatē essentialē: ⁊ ven⁹ sit i medio celi fortis ⁊ luna sit in aliq̄ pte celi sibi cōueniēti respiciēs ascē. dñm celi ⁊ fortitudo assignabit̄ p̄ncipalit̄ ioui ⁊ sibi associabunt̄ in dño ven⁹ ⁊ luna ⁊ erit influētia amicable hūida tñ. ⁊ maxie si isti. 3. planete vel saltem aliqui eoz sint in signis hūmidis et b̄ pōt applicari infirmitatib⁹: qz s̄m dictam constellationē infirmitates p̄uenientes erunt multū hūmide. alio modo pōt fieri combinatio ⁊ associatio planetarū cū dño ascēdētis vt si mars esset fortis ⁊ esset in septima domo ⁊ iupiter esset in ascēdēte fortis ⁊ potēs vt dictū est. mars p̄pter aspectū oppositū illarū domoz ⁊ p̄pter fortitudines quas habēt illi duo planete associātur: ⁊ ista associatio maris cū ioue nō esset ad augmentū virtutis iouis sed potius ad nocuētū bone influētie: qz inter se inimicātur ⁊ natura et p̄prietate cui⁹ oppositū fuit de trib⁹ planetis antedictis. etiam inimicātur p̄pter oppositionem situs celi

Alio modo planete inter se associant̄ in qua cūqz domo sint celi. et hoc per aspectum quoz habēt inter se ⁊ per cōuenientiam locoz in quibus sunt ipsi planete ⁊ vn⁹ dat fortitudinem suā alteri ⁊ alter recipit et operat̄ p̄ eoz fortitudinē: ⁊ superior est receptor: dispositus: et leuior pulsatur ⁊ mittit suam dispositionē p̄derosior. Unde ois planeta superior dicit̄ esse inferiori grauior tardior ⁊ ponderosior. Et ad p̄positum tale dat̄ exemplū def qd venus sit in tertio gra. virginis ⁊ mercuri⁹ in secundo cancri vel in sc̄do gra. scorpioms aspiciēs venerē aspectu sextili mercuri⁹ cōmittit fortitudinē sue domoꝝ ⁊ sui termini ipsi veneri et venus recipit ⁊ retinet. ⁊ forti⁹ retinet venus istam fortitudinē qm̄ est in angulo q̄ in alijs locis celi: ⁊ ita ven⁹ pōt adhuc p̄sequenter cōmittere virtutē suam altiori se si ven⁹ ipsum superiorē existit in dignitatib⁹ essentialib⁹ ipsi⁹ veneris aspiciat aliquo aspectu. tūc p̄sequenter ven⁹ cōmittit dispositionē suam ipsi superiorī v̄puta ioui. si iupiter esset in tauro v̄ in libra et in terminis veneris: ⁊ q̄to inferior est debilior tanto illa receptio virtutis ipsius superioris est fortior. Et s̄m hunc modū donatio nis ⁊ cōmissionis virtutis uestigan pōt significator p̄ncipalis celi. sic posito qd aliq̄s inferior planeta sit reperitus dñs ascēdētis rōe multitudinis dignitatū essentialiū ⁊ qd ille cōmittat s̄m modū dictū virtutē suam ipsi superiorī existenti. s̄m dignitatib⁹ essentialib⁹ inferioris: ⁊ se aspiciat aliquo aspectu: tunc ille superior si aspiciat ascēdēs erit p̄ncipalis significator. Et in b̄ caplo s̄m nota de accessu seu applicatione ⁊ separatione planetarū adinuicem qd planeta dicit̄ applicari alteri seu ad eū accedere qm̄ radij sui illi alteri cōiunguntur siue hoc fiat per cōiunctionem vel per aspectum: sed separari dicitur per oppositum quādo videlicet ille planeta qui applicauerit ab illo cui applicuit recedit. et est applicatio siue accessus fortior q̄ separatio. accessus nāqz planete futura denūciat. recessus autem ipsius preterita representat. Et nota hic qd q̄nqz gra. vltimi domi⁹ duodecime p̄pinquiorēs angulo ascēdētis sapiunt naturam ascēntē: ⁊ ita generaliter de. 12. domib⁹. 5. gra. vltimi domoz sapiunt naturam domus immediate sequētis cui⁹ causa dicta est in cap. p̄cedēti: s̄ fortius. 5. g. vlti. 12. do⁹ sapiunt nām

ascendētis plus q̄. s. gra. vltimi ascendētis sapiūt naturā dom? scōe que d̄r dom? sube: et nota circa hoc ad p̄positū q̄ si malus planez t̄v̄t̄p̄ta saturnus vel mars vel planeta qui est dñs octaue dom? sit. p̄pe ascendēs in illis s. vltimis gra. dom?. 12. malū significat et p̄cipue si fuerit ad. 2. gra. p̄pe ascēdēs: vel ad vñū q̄. p̄pe ascēdēs mortē significat et habz ibi infortunare rotū ascendēs: qd̄ est dom? vite et istud trahit ad iudicia infirmitatū.

Argumentū quarte d̄rie et ei? p̄imi capi.

**Q**uarta d̄ria de modis p̄seruādi sanitare et obuandū piculis et de ingenio expellendi morbos de corpōib? hūanis q̄m̄ erit possibile artificii seu ministro nature. et de modo medēdi et conficiēdi medicinas et cōfortandi eas per influentiā celi et p̄cipue p̄ inuocationē nois dei supra totam influentiā celi.

**P**rimū capl̄ in qualiter quattuor virtutes corpōis humani sunt p̄fortandē et inuādēde gnāte cōsimili p̄stellatione in celo.

## Boniam in

q

titulo istius capl̄i mentio fit de q̄rtuor virtutib? que p̄pe dicūt̄ ad ministrā. eo q̄ sunt qued̄ instrumenta virtutū p̄ncipalū. ideo p̄notanda est hic distinctio virtutū. virtutū igit̄ qued̄ sunt p̄ncipales qued̄ min? p̄ncipales seu ad ministrā virtutes p̄ncipales. Et sunt duplices vna que est ad cōseruationē speciei que residet in mēbris gnātuus. et regit̄ p̄ncipaliter p̄ influentiā venēris. alie sunt ad p̄seruationē indiuidui: et sunt tres. prima est vitalis et residet in corde: et regit̄ p̄ncipaliter p̄ influentiā solis. alia est naturalis et residet in epate in quo generant̄ q̄rtuor humores sanguis. colera fleuma et melācolia. et s̄m̄ diuersitatē illoz quattuor humorū regūt̄r p̄ncipaliter a q̄rtuor planetis. Jupiter em̄ sup̄ sanguies qui est calid? et humid? s̄unt. Mars supra colerā. Luna sup̄ fleuma Saturn? sup̄ melancoliā. Mercurio aut̄ non applicat̄ aliqd̄ sup̄ antedictas virtutes spāle d̄m̄m̄: eo q̄ est planeta quodāmodo neutralis influētie: eo q̄ potius virtute suā alijs planetis associat̄ q̄ s̄m̄ se influat. hoc in̄ iuxta nūc dicta p̄sidera q̄ luna iter̄ iupradictos planetas vltiorem influēdi vñū hz q̄ aliqd̄ alioz qd̄ p̄suadē p̄t̄ dupl̄i. primo p̄h̄. et astrolo

scōo medicinali. primo quidē modo q̄ luna oim̄ humiditatū tam macrocosimi. i. maioris mūdi velut supra declaratū est q̄ microcosimi. i. minor? mūdi. s. hoīs est dñā p̄pter hoc ex̄tis nobis s̄m̄ situm vicinior vt mixturā entū iferioroz que maxime fit rōne humidi cū hoc maxime miscibile sit s̄m̄ sentētia p̄boz regulat et dispōit humores n̄ri corpis supra explicatos moderet et influēt̄r regat et disponat. Secūdo et medi cinaliter p̄supponendo vt supra tactū est q̄ influentiāle virtutē hēat supra fleuma. fleuma aut̄ s̄m̄ medicōz siniam ē sanguis dimmūte coct? quare virt? ei? reciprocāt sup̄ sanguinis natura: quāqdē sanguis est oim̄ hūmoz p̄ncipalis alijs humorib? nō existē. nisi sup̄fluitantib? quibusdā ipsi? sanguinis. Colera nēpe est ipsi? sanguis spumosa sup̄fluitas. fleuma vō aq̄sa: et melācolia fetalis et terrea. Tertia virt? p̄ncipalis est aialis q̄ bipartita est in intellectuā et sensitiuā intellectuā residet in cerebro et p̄ncipaliter est quadripartita in virtutē imaginatiuā et fantastica restidēt. in p̄ra cerebri: in discretuā q̄ residet in media cellula cerebri et in memoratiuā q̄ residet in occipite. primū viget p̄ calidū et humidū. scōa p̄ frigidū et humidū. tertia p̄ calidū et siccū. et quarta p̄ frigidū et siccū. De virtutes s̄m̄ oim̄ naturā sui. s. s̄m̄ eoz essentias et p̄sertim discretuā nō sunt subiecte virtutib? in fluētialibus planetarū et ceteroz corpōz sup̄pracelestiū vt trahi p̄t̄ ex verbo p̄io cētilos qui p̄tho. super? declarato: s̄biecte artū sūt p̄siderate s̄m̄ earū esse. esse inq̄ existēte pur organo videlicet cerebro alligatē sunt. cerebri tñ cōplexio influētie lune et venēris rōne cōplexionalis sunboli dicit̄ subiacere. Et hē virtutes et p̄sertim discretuā oim̄ virtutū n̄ri corpōis sunt dñe: et regulatrices. Sensitiua bipartita ē in sensuz cōez et p̄ricularē. sensus cōis quodāmodo nature est medie iter̄ virtutē intellectuā et sensitiuā p̄ricularē. et ob hoc mediū sitū inter ipsas a p̄bis deprehēsum est eā obtinere. Sensitiua p̄ricularis diuidit̄ in. s. s̄m̄. s. sensus. s. in visuz auditū olfactū gustū et tactū. Aut? visua residet in oculo et p̄p̄te in humore cristallino. virt? auditua in aumb? et fit p̄p̄te ad mimculo aeris general? existē. post pelliculā auris: vt aut̄ p̄bi pariter et medici. virt? olfactua in naso et p̄pe in duob? forāculis qui sunt p̄tes medullares et cerebrales

affire cerebri ex opposito duarū narū: virtus gustativa in lingua et pprie in radice est: virtus aut tactiva non est spali organo deputata: sed est toti corpori in modū rebus coeppāsa vt dicit scdo de aia. Primus illoz sensuum viger frigiditate et hūiditate. Scdo frigiditate et siccitate. Tertio caliditate et siccitate. Et quater caliditate et hūiditate. Quiter vero tepene viger oim quattuor qūitatū primarū teperie aut in specialiter vt dicitur medici. volunt nāqz tam phisici qm medici q tactus est verus iudex qualitatum tangibilium. scilicet calidi frigidi humidi et siccī. si enim sola caliditate vigeret de illius qualitatibus opposito: puta frigiditate verus iudex non esset: et sic suo modo deduci potest in alijs qualitatibus: virtutes quae ministrantes sunt quattuor. scilicet attractiva digestiva: retentiva et expulsiua: attractiva viger caliditate et siccitate: caliditate tanquam qualitate actiua et principali: et siccitate velut passiva et minus principali. et air auid. fen pma primi can. doctrina sexta de virtutibus q attractio fit aut rōne calidi aut rōne vacui. exemplū primi patet de calore ignis solis vel mēbro: nō nostri corporis. exemplū scdo p3 de vērtofa. digestiua viger caliditate et hūiditate: qz illa ministrantes virtutes est principalissima: qz humido radicali et in his mēbris simillima. i calido nēpe et humido nra consistit vita viger in q caliditate velut qualitate actiua et pncipali hūmiditate velut passiva et minus pncipali. Retentiva viger frigiditate et siccitate. i frigiditate tanquam actiua et principali siccitate autē velut passiva et minus principali. frigiditas nāqz cōpūnere et siccitas pssa bñ retinere. Expulsiua aut viger frigiditate et hūiditate frigiditate velut actiua et principali hūmiditate velut passiva et minus principali. frigiditas nāqz supfluitates cōpūnit hūmiditas ipsas supfluitates pariter et inēbra ad labilitatem disponit: ideo sic causat expulsiō. Attractiua vt volūt medici viger per vilos longitudinales et retentiva p vilos latitudinales: et expulsiua p transuersales. digestiua autē que est illarū virtutū principalis vt dictum est his vilis sic pncipaliter nō eger: sed alie ipsa suis vilis submittit sufficēter. attractiua em digestiva attrahit retentiva illud qd digerit quousqz digestus sit retinet: expulsiua illud qd ex digestionē supfluum est reijcat et expellit. De virtutes ministrantes velut diligentes famule

virtutū principalū oibus mēbris nri corporis sunt iste ad vite nostre cōtinuationem: et qz quicquid in istis inferioribus est se habet passivē: et particulariter et a corporibus celestibus est et dependet actiue et influēt. Idēo considerandū est q virtus attractiua principaliter per influētiam viger solis qui est calide et sicce influētie temperate et nō maris qui corruptiue est nature. digestiua virtus viger per influētiam am iouis. retentiva per influētiam saturni. expulsiua per influētiam lune. Et predictis planetis associari possunt hi planete qui cum ipsis in altera qualitatū vel ambabus simbolizant. Pro declaratione hoc anectendū est q velut in celo duo sunt planete qui deper se ad vite productionem aut eiusdē cōtinuationē nō influunt saturnus videlicet et mars. Ita in corpore nostro sunt mēbra que ad vite cōtinuationē nō deseruiūt nisi per accēs se caliditate que est supflua et nimium caustice colere recollectorū: ne ex ipsa mēbra aut exardescant aut saltem febrili calore et siccitate nimium infestent. Et splen qui est torcular sanguinis et supflue fecis sanguinis puta melancolie recōditorium et crater. primo illoz mēbroz pceff mars et secundo saturnus. Circa predictoz de quattuor virtutibus ministrantibus declarationem Notandū est primo circa virtutē attractivam que viger vt dictū est caliditate et siccitate in corpore mixto ex elementis sic debet confortari qn viger similis virtus in celo: vt qn luna est in signo calido et sicco vt ariete et sagittario: nō aut luna exite in leone qz leo est signū fortissimū et habet influētiam in corde hominis et subsequēter in stomacho virtus eius est adeo fortis q leo nō debet eligi pro operibus medicane siue luna sit sub eo siue sit ascēdēs nec pro laxatiua nec pro sflorotomia nec pro cōfectionibus faciendis: et cōfectiones siēde p attractiua etiā debent fieri luna existēte sub ariete vel sagittario: nō autē sub leone vt dictum est: et qui est festinus ad subueniendum virtuti attractiue: et nō potest expectare lunā ad arietē vel sagittarū. eligat ad minus ascēdēs celi arietem vel sagittariū vt superior radij confortet radicem inferiorem. similiter q vult confortare virtutem retentiua eligat lunā esse in signo frigido et sicco: vt in taurus vel virgine nō autem in capricorno: quia est signum retrogradum et de cōfectionibus. similiter de

festinatione intelligendū est sicut prius suo modo est dictum de iuuamine virtutis attrahētiue. Et qui vult confortare virtutem digestiuam eligat q̄ luna sit in signo calido & humido vt in geminis et in prima medietate libere & in aquario & de confectionibus similiter: et festinatione intelligendū est suo modo sicut prius. Similiter qui vult confortare virtutes expulsiuam eligat lunam esse in signo frigido & humido vt in cancro scorpion. & piscib⁹ et similiter de cōfectionibus & festinatione sub propria cōstellatiōe iuuare. Et operandū ē per doctum medicum: & sic est finis primi capituli quarte differentie.

Argumentū sc̄di capli q̄rte dñe.

Secundū caplin quali humores supflui & dānosī corporis humani sunt purgādi p̄ aspectum ad planetas influētes sup hūores planetas debilitādo & signa fornicādo vt mars super colera: iupiter super sanguine: & sic de alijs.

## Humores super

flui corporis humani sunt humores decidētes a temperamento nature & illi humores inducunt infirmitates et quādoq; mortem: ideo expedit prudētē medicō purgare excessum illozū humorū & reducere ad debitum temperamentū. Et nota q̄ dādam capitulū positū superius in quo agitur de septem planetis influēt. super varios humores & varias egritudines. Notandū igitur ad p̄positum q̄ saturn⁹ influit generalit̄ super melancoliam & mars generaliter super coleram sicut luna super fleuma. Cum igitur volueris humorem melancolicū purgare a corpore humano facias q̄ saturnus sit debilis in celo hora illa qua propinatur medicina. videlicet q̄ saturn⁹ nō sit in angulis: quia ei⁹ virtus fornicaret & retineret illum humorem in corpore & ipsum fornicaret & per p̄ns disponit ipsum vt vincat medicina sit itaq; saturnus cadens ab angulis vt eius fornicatio debilitet nec sit hora saturni: q̄ eius virt⁹ augmētaretur & quādo est debilis in celo nō habebit virtutē retinendi humorem & citius expellet. eligas ergo horam iouis aut veneri⁹ q̄ illi planetæ sunt oppositari⁹ virtutē: & q̄ iupiter vel venus sint fortes in celo: pari fornia dicendū est de marie qui influit super co-

leram cū volueris purgare coleram eligas q̄ mars sit in domo cadēti. & nō sit eius hora: s; hora alicui⁹ boni planetæ. Et circa hęc ḡialt̄ eōs dērandū q̄ in cinni euacuatione videlicet cuiuscūq; humorū semper vitanda est hora maliozū planetarū saturni videlicet & maris. & generaliter vitanda est fornicatio eoz in celo in omni opere medicinali laxatiuo & sic suo modo dicendū est in alijs planetis sup alios humores vin influēdi habentib⁹. specialius tñ cōsiderandū q̄ q̄ saturn⁹ assimilat spleni existēt. frigide & sicce cōplexionis in hora ipsius aut ipso fornicato in celo malum est purgare splenē. Jupit̄ est calide & humide cōplexionis & assimilat epati & ideo in horis ipsius & ipso fornicato malū est purgare epatē: s; bonū est purgare splenē. Mars est calide & sicce cōplexionis & ei assimilatur fel & renes & iō in horis eius & ipso fornicato in celo malū est purgare fel & renes. habet aut caliditatem et siccitatem destructiuam. Sol est calide & sicce cōplexionis tēperate: quia habet caliditatem et siccitatem cōseruatiuā et nutritiua & assimilatur ei cor: & ideo in hora eius et ipso in celo fornicato malū est purgare cor: sed alia mēbra bene possunt purgari. Et nota hic q̄ sole existente in fornicatione virtutis influente vt in ascēti. vel in angulo medi⁹ celi vel in angulo terre bonū est dare medicinā cordialē cordis cōfortatiuā nō tamen purgatiuā: & in isto correlatio aperit magna doctrina ministratio nis medicinali & rerū operabiliū p̄supposita sciētia astroz. caue etiam in opere laxatiuone leo domus solis sit ascēdēteseo q̄ moueret medicinā ad nauream & vemicā dispositionē. Venus est humide & benigne cōplexionis: & influit in testiculis: & iō in hora eius & ipso fornicato in celo malum est purgare testiculos. Luna est frigide & humide influente & influit super cerebrō: et ideo in hora eius et ipsa fornicata in celo malum est purgare cerebrō. Mercurius est frigide & cōcrutibilis nature et influit super pulmonem: ideo in hora eius et ipso fornicato in celo malum est purgare pulmonem et incipere applicationem medicinē ad mēbrum: sed licet quādoq; in horis ipsorum & ipsis fornicatis in celo parare et disponere humorem ad expulsione vel etiam parare et disponere ad medicinam nisi horis Martis vel Saturni.

**C**onsidera autē iuxta predicta q̄ quis dicitur sit q̄ maliuoloz planetarū influentia ⁊ fortitudo eoz in celo vitanda sit. artū aduertere debem⁹ sententiā sapiētijs p̄ho⁹. p̄ncipis sciētie astroz. qui fuit in astrono⁹. sicut aristote. in p̄bia. ypocras in medicina. hector in armis. salomon in moralib⁹ volē q̄ p̄siderare debem⁹ infortunā vtruz ne fuerit d̄na natiuitatis aut saltem notabile d̄niuz habuerit sup natiuitate illi⁹ qui recipere debet medicinā. Nam illi talis infortuna seu maliuol⁹ planeta p̄desse possit. vbi alijs nouementū inferret. mali em̄ iuuat suos vt supra tactū est. ait em̄ p̄ho⁹. in cetero quio v̄bo. io. sic ad litterā. vti oportet in fortunijis in electionib⁹ sicut p̄ti medici vtuntur venenos fm̄ cōpetentē quātitatē. Et vult haly in cōmento q̄ docti astrologi nō solum aspiciūt ad fortunas in electionib⁹. sed p̄mo aspiciūt ad naturā illi⁹ cui eligūt ⁊ rei p̄ qua fit electio. ⁊ si natiuitas nota fuerit sufficit illis ⁊ fortem faciūt significatozē siue fortuna fuerit siue infortuna. si vero ignota fuerit natiuitas inspiciūt ad naturā ⁊ ad mores illi⁹ p̄ quo eligūt ⁊ fortificāt illū planetā qui assumitur illi nature ⁊ moribus siue sit ifortuna siue fortuna. Et assilant p̄ho⁹. infortunas specieb⁹ acut⁹ que sunt quasi venenū cuiusmodi sunt medicine quarti gra. vtputa euforbium ⁊ sic de alijs. quib⁹ p̄udēs p̄hysic⁹ vti in quibusdā corporib⁹ in cōpetenti quātitate p̄t virutē earū penetratiuā ad membra longinqua purgāda aut alia quauis rōnabili occasione: sic p̄udēs astrolog⁹ vritur infortunis fm̄ quātitatē esse carū dando videlz eis quātitatem fortitudinis ydoneā. predictis generaliter est ānectendū q̄ planete fm̄ se cōsiderati diuersi mode influunt sup opus laxationis. Saturnus nāq̄ impedit operationē medicine. iupit̄ iducit nauisā si sit supra terrā. mars q̄ ducit v̄q̄ ad emissionē sanguinis. Sol q̄q̄ est bonus q̄q̄ malus. Ven⁹ est amicabile. Mercur⁹ est indifferēs. Multū t̄m̄ p̄dest mercur⁹ si sit sub terra trahit em̄ ⁊ inclinat hūores cor porq̄ad descēsum. habēt q̄ planete influētijs fm̄ earū naturas. p̄p̄ias sup sp̄alibus membris ⁊ humoibus.

**C**Unde saturn⁹ habet aurē dextrā splenē v̄ficā melācolīā cū p̄cipatōe fleumar̄ acris.

**C**Jupiter habet tactū pulmones costas carilagines ⁊ sperma cum sanguine.

**M**ars habet sinistrā aurē euz ioue partīcipe colerā renūculos venas testiculos: ⁊ vt vult albumasar epar cum ioue.

**S**ol cerebrum medullā visum cor: neruos ⁊ in omnibus mēbus partis dextre participationem assumit.

**V**enus habet odoratū ⁊ sp̄mā cum ioue nuchā spinā nates lumbos pulmonē matricē vuluā cū luna epar carnē pinguedinem.

**M**ercuri⁹ habet locutionē deliberationē mēoriā linguā ⁊ vt vult p̄ho⁹. fel atq̄ nates.

**Z**una habet gustum deglutionem stomacū ventrē mulierū pudēda. participationes in oibus mēbus sinistre partis. hoz planetarū incōmoda siue morbi in hoc ipso tractatu caplo. s. differētie. 3. recitātur.

**H**abēt in super planete influētiā sup speculib⁹ mēbus rōne existētie eoz in signis vt in ariete: saturn⁹ habet pectus: iupiter vētrē: mars caput: sol femora: venus pedes: mercurius crura: luna genua.

**I**n thauo saturn⁹ habet ventrē: iupit̄ dorsum: mars collū: sol genua: venus caput: mercur⁹ pedes: luna crura.

**I**n geminis: saturn⁹ vētrē: iupiter verenda ⁊ que succedūt: mars pectus: sol crura et caullas: ven⁹ collū: mercuri⁹ caput: luna femora.

**I**n canero: saturnus virilia ⁊ eis succedētia: iupiter femora: mars pect⁹: sol pedes: venus brachia ⁊ humeros: mercurius oculos luna caput.

**I**n leone: saturn⁹ verenda ⁊ eis succedētia: iupiter femora ⁊ genua: mars ventrē: sol caput: venus cor: mercurius humeros ⁊ guttur: luna collū.

**I**n virgine: saturn⁹ pedes: iupit̄ genua et succedētia. mars ventrē ⁊ verēda: sol collū: venus stomachum ⁊ vētrē: mercurius cor: luna humeros.

**I**n libra: saturn⁹ genua ⁊ succedētia: iupiter oculos ⁊ succedētia: mars verēda ⁊ succedētia: sol humores: venus caput: mercurius vētrē: luna cor.

**I**n scorpione: saturn⁹ caullas ⁊ succedētia: iupit̄ pedes ⁊ caput: mars brachia ⁊ femora: sol cor: ven⁹ verēda ⁊ succedētia: mercuri⁹ dorsum: luna ventrem.

**I**n sagitario: saturn⁹ pedes: iupit̄ crura ⁊ caput: mars pedes ⁊ man⁹: sol vētrē: ven⁹ femora ⁊ brachia: mercuri⁹ verēda ⁊ cor: luna dorsum.

**C**In capricorno saturnus caput et pedes iupiter genia et oculos: mars crura et humeros sol dorsum: venus femora et cor: mercurius vereda et succedentia: luna femora et verendorum succedentia.

**C**In aquario saturnus caput et collum: iupiter humeros pectus et pedes: mars caullas et cor sol vereda et succedentia: venus genia et succedentia: mercurius femora et cor: luna vereda

**C**In piscibus saturnus humeros brachia et collum: iupiter cor et caput: mars caullas et ventre: sol femora et succedentia: venus dorsus et collum: mercurius crura et verenda: luna femora et eorum succedentia.

**C**Junta hanc materia consideratur quod potentior ceteris paribus est influentia planetarum in signis supra membris hominis quam in domibus: sed quod nunc dictum est in generali de influentijs planetarum inter se consideratorum quas habet super opere medicinali laxativo et super membris humana et sicut dictum est de virtute eorum quam habet in signo super membris humana. Nunc dicendum est de influentijs eorum in speciali quas habet super eodem opere medicinali laxativo put sibi invicem coniungunt et quas habet existentes sub diversis signis. prenotandum igitur quod non similit se habet planete per comparationem ad humores nostri corporis euacuandum sicut et signa celi. nam ut supra patuit in euacuando humore vitanda erat influentia et fortitudo planete symboli habentis vel virtute influendi super tale humore. secundum autem de signis: nam in euacuando humore aliquem eligendum est signum symboli habens cum illo humore: ita quod tale vel sit ascendens vel quod luna sit sub ipso. de preterito ut predictum est leone cui annexus capricornus. est enim ut supra tactus fuit capricornus odiosus. de preterito quoque signis ruminantibus eius in simodi sunt aries taurus et capricornus. et nec sub ipsis similit nec sub leone nec capricorno sunt luna nec etiam dominus ascendens. dempra rursum medietate vltima libere computando a 9. gradus eius que vocat via cobulsa. demptis etiam tribus primis gradibus signi scorpionis quia luna illic et maxime in tertio gradu scorpionis infortunatur quia est casus eius quod oppositum sicut exaltationis quod est 5. gradus tauri. Junta quod est notandum quod gradus qui est precursus casus alicuius planete infortunat semper gradum precedere immediate: et gradum immediate sequentem. quia illi multum sapiunt naturam illius gradus

qui est casus: hinc est quod etiam quartus gradus scorpionis vitandus est. Circa quod considerandum est quod planeta existens sub aliquo gradu. siue fortunato siue sub non fortunato sicut tactum est sapit naturam et ille quod immediate precedit et ille quod immediate sequitur. plus tamen sapit naturam illius qui immediate sequitur quia ad illum se applicat: et ab illo qui precedit recedit. modum supra patuit applicatio fortunator est quod recessus. unde consideranda quod si esset possibile oculum esse in centro terre videret per centrum corporis planete ad gradum 9. spheram quia isto modo sumunt nostre calculationes similiter et domorum celi compositiones sumunt penes nonam spheram. Nota quoque hic de gradus ascendens. in quocumque climare quod si veniat finis signi ut puta 30. gradus aquarii ponitur primus gradus piscis per initio ascendens. in faciendo figuram celi licet non debeat sic fieri quoad alios gradus celi. causa prima est duplex. prima est causa que tacta est: quod gradus ponitur in medio aliorum quorum licet sapiat tamen precedens. quod sequens. naturam magis tamen sequentis. secunda quia si caperetur vltimus gradus aquarii per initio piscium tunc illud signum aquarii patitur vigorem haberet in illa domo et tamen oporteret dominum ascendens. sumere penes aquarium: sed quando initium signi piscis ponitur per initio tunc totum illud signum est vniuersum et vniuersum dominum. et sic dominus ascendens. et cetera facilius et vniuersum finis ipsorum possunt inueniri ex his facilius per causa 2. Nota itaque consequentem pro purgatione quoad signa quod ad cito purgandum egritudines recetes triplicitas aquea est utilis et maxime luna existens in piscibus ad antiquas vero triplicitas terrea est oportuna de preterito semper capricornus. et plus in hoc valet taurus et luna sub eo: et luna sit salua ab infortunis et in aliquo angulo: ut sit fortunator et caue ab appropinquato elune cum saturno quia significat semper elongationem et rarditatem in rebus. Considerandum igitur specialiter quod in figura celi facta super hora supronis ipsius farmaci id est medicine laxatiue principaliter considerare debentur duos planetas scilicet dominum ascendens. et lunam hoc notat Ptholo. in centiloquio verbo. 21. sic inquit. Purgatorum accipe luna in scorpione vel in piscibus domino ascendens iuncto planete qui fuerit sub terra laudabili. si vero coniunctus fuerit dominus ascendens. planete existens. in medio celi patitur nauisam et vomit medicinam nec in ea morabitur. Et vult haly in comen-

ro q̄ intelligitur verbum de tota triplicitate aquea ⁊ ibi reddit causas amp̄bi: quia domus nō ascendē. cōiuncto planete qui fuerit sub terra humiditates superflue mēbrozuz obstā. fortitudini eoz trahitur ad inferiores partes corporis ⁊ oppositō modo fit si supra terrā sit. Et nota q̄ fortius est in hac re si dñs ascendē. Corporealiter fuerit sub terra pro actu laxatiuo: aut si corporealiter fuerit supra terrā pro inductiōe nausee ⁊ dispositionis vomice. Itēz in eodē centiloquio verbo. 19. sic ait Pholo. si quis purgatorū acceperit luna cū ioue existente abbreviatur opus eius ⁊ effectus ei⁹ minuetur: cuius causam reddit haly cōmentator: ibidē in cōmēto sic: quia effectus medicinē nō est naturalis corpori sed attrahit humores superando plures virtutes: cui⁹ igitur natura fortior fuerit ip̄a medicina prohibebit effectū eius: sed iup̄er confortat naturā coniunctus lune: igitur ⁊ c. Et ampliari potest sententia pholo. ad epistentiā lune cū venere: q̄z quādo luna est cū venere etiā nō est sumendū farmaciū licz fortius: sit de ioue. Et ratio vtriusq; simul potest esse hec quia ex quo luna ē humide cōplexiōis: ideo ratiōe cōiunctiōis eius cū ioue aut venere qui sunt planete humidi mēbra minū humida reddūtur ⁊ per cōsequēs medicina maxie ratiōe humiditatis veneris minū duceret. ⁊ simili ratiōe fortitudinis iouis similiter humiditatis eius. luna em̄ cōiuncta ioui adeo naturā cōfortat: vt q̄ medicina nō possit vincere naturā: cū tñ de ratiōe medicinē laxatiue sit q̄ naturā vincat. Cōsulant artamē aliqui q̄ luna existēte cū ioue nō dētur medicinē laxatiue integra dos. s̄ fortasse si necessitas esset. 10. aut. 12. pars ei⁹ ⁊ illud de facto visus est per experiētiā in quodam egro qui cepit facillē medicinaz als per eundē receptā ⁊ ductus fuit per ip̄az vsq; ad vltimū fere potēte sue nature ⁊ vsq; ad mortis periculū: ⁊ hoc est intelligenduz quicquid haly cōmētator dicit ad verbū pholo. dicitur q̄ intelligitur ⁊ effectus eius scz sanitatis minuetur: fortius: quozq; vitade essent dicte coniunctione luna existente recepta a fortuna ⁊ dominio ipsius lune respiciē. eā a tercio vel sextili: ⁊ maxie caue ne luna sit in leone in dādo famarcū ⁊ iue leo sit ascē. ⁊ itellige illud qd̄ dicitū est de cōiunctiōe corporeali aut saltē

de applicatiōe ad cōiunctiōē corporeale ip̄i lune ad ioue vel venere ⁊ nō de aspectu ip̄i lune ad illos duos planetas: imo aspectus lune ad ioue ⁊ maxie ad venere est valde bonus ad opus laxationis ⁊ bonus est in opere laxatiuo q̄ sit dñs ascendē. potēs fortunatus orientalis in angulo rectificā. his duobus significatoribus adde cuz ip̄is fortunas in signo mēbra a quo vis euacuare: ⁊ fortificetur illud signū q̄tū poterit: ⁊ si fortuna posita in illo signo respiciē. mēbrū habeat i tali signo influentiā supra illud mēbrū erit prestātius ⁊ apta dñm quare domus ⁊ pone lunā vel dñz ascendē. in signo materie euacuade semp fortificādo eos: ⁊ caue ne illi duo significatores sint in ascendē. nec in signo ruminatiuo q̄z eno meretur medicina anteq̄ operaret: ⁊ p̄ consequēs si velles facere vomere ⁊ purgare partem superiozē stomachi elige alterū significatoz dictoz in ascendē. vel in signis ruminatib⁹ vel in celi medio: ⁊ caue in q̄tū potēs ne isti significatores sint cadētes nec retrogradi nec cōbusti nec sub radijs solis vel als infortunati vt pro calida materia euacuāda pone eā in calido signo ⁊ pro humida in humido ⁊ pro melacolia euacuanda applicet luna ioui pro colera venere: pro fleumate soli: nec applicet luna vel dñs ascendē. planete retrogrado: ⁊ si medicina est potio melior est scorpio. si elctm cancer: si pillule pisces: nō sit luna vel domus ascendē. vel pars fortune in quarta domo nec in octaua: nec in cadēti aut infortunati aut in fortune nisi sicut dictū est illa infortuna sit dominus natiuitatis: nō etiā sit dñs dom⁹ mortis in aliquo anguloz ⁊ presertim in ascē. nec cōiunctiōe habeat cū aliquo significatoz nec habeat magnā potēstatē hora sumptiōis medicinē. Et q̄ dictū ē de medicinis laxatiuis videre restat de restrictiuis: pro quo notanda sunt sequentia q̄ videlicet luna sit in gradu sue exaltatiōis iuncta ioui per corpus aut applicas ei ex radijs: sit quoq; tam luna q̄ planeta cui ip̄a luna applicat de rando cursu non tamē sit retrogradus ille planeta cui luna applicat: ⁊ si isti duo sint accedentes ad septētrionē prestabilis erit: caue a venere ⁊ marte ⁊ quo ad signa bona est triplicitas terrea depro capricorno ⁊ vrilior est thaurus ⁊ cōpetēs est aquarius. Et si medicina debeat sumi pro vomitu elige signa ruminatiā ⁊ cau



erum tam ascēdētia q̄ luna existē. sub ipsis  
 ⁊ q̄ dñs ascēdē. sit in celi medio: ⁊ si iret ad  
 suā exaltionē esset prestabilis. apraq̄ signū  
 mēbrū. unde aptare. signū est eligere q̄ illud  
 veniat ad bonā domū celi: ⁊ si bonus planeta  
 sit in illo signo aut domo aut saltem aspiciēs  
 tanto melius ⁊ ad gargarisandū eligat ascē  
 dē. aries. vel cancer vel luna sub aliquo illo  
 rum. signozum sit luna salua ab infortunijs:  
 sed de cristeribus considera q̄ luna sit in pu  
 ma medietate libe vsq̄ ad .19. gradum vel  
 in scorpiōne dēpris quattuor primis gradib⁹  
 ⁊ dñs ascēdē. nō habeat aspectū ad dñm do  
 minus sexte habeat aspectū ad dñm do  
 minus ascēdē. ad venerē eam aspiciendo  
 sextili vel trino aspectu hoc iuuabit ⁊ plus va  
 let aspectus lune ad venerē q̄ ad iouem ⁊ eli  
 ge si possis in his operatiōibus q̄ luna sit re  
 cepta a fortuna aut saltē ab infortunijs libe  
 ra: nō tainē sit cōiuncta: cozpozaliter ioui vel  
 veneri quia abbreviaretur opus medicine cū  
 malo effectu nimis laxando ⁊ debilitādo coz  
 poz ⁊ extrahēdo eque bonos humores a coz  
 pozē sicut malos: ⁊ ista eadē est causa dictozū  
 de cōiunctionibus eozum supra in passu vbi  
 determinabatur de medicinis laxatiuis.

Argumentū tertij cap. quarte dñe.

**T**ertium capitulū qualiter totum corpus  
 humanū corruptibile habet aspectum ad ce  
 lum ⁊ quelibet eius pars: ⁊ in curis ordina  
 dis potest considerari certa ordinatio celi vt  
 facilius cura acquiratur si cura per artem sit  
 possibilis.

**Utum corpus**

humanū subijcitur celo: corpus  
 humanū corruptibile ponit hic  
 ad differētiā cozpozū humanoꝝ  
 glorificatoꝝ q̄ nullo modo subiācent celo nec  
 suis influētijs sicut sunt corpora sanctorū: sed  
 ista nostra corpora que sunt inferiori subijcū  
 tur celo. teste sancto Thoma de aquino in sū  
 ma cōtra gēiles sic dicere. Corpus humanū  
 subijcitur celo: intellectus vero noster subijci  
 tur angelis: volūtas nostra nō subijcitur nisi  
 soli deo: ⁊ omnia hec subijciuntur deo. Nunc igitur  
 videndū est qualiter corpus nostrū ⁊ per  
 quā formā subijcitur celo: ⁊ circa hoc in hālē  
 danjs antiquis; speculatiui antiqui depinxe

runt hominē nudum qui super caput habet  
 arietē: in collo thaurū: in brachijs duos gemi  
 nos: in parte superiori pectoris cancrū: cōtra  
 stomachū ⁊ cor leonē: in parte superiori ven  
 tris signū virginis: in parte inferiori ventris  
 descēdēdo vsq̄ ad pudēda signum libe in  
 mēbris generatiuis scz in pudēd. scorpio:  
 in coris sagittariū: in gemibus capricornum:  
 in tibijs aquariū: in pedibus signū pisciū: et  
 ratio istus est quia signū arietis influit in ca  
 pite homis ⁊ oium animalū: thaurus in col  
 lo: ⁊ sic de alijs descēdēdo vsq̄ ad finē signo  
 rum. Unde dicit allibicius q̄ aries habz coz  
 pus ⁊ faciē: thaurus collū ⁊ gutturis nodū  
 gemini humeros ⁊ brachia ⁊ manus: cancer  
 pectus coz stomachū costas: splenē ⁊ pulmo  
 nem. leo stomachū coz latus ⁊ dorsū. virgo  
 ventrē anteriora telas ⁊ intestina. libra lum  
 bos: ⁊ inferiora ventris vmbilicū pectinem  
 scorpio verēda testiculos veficam anū. sagit  
 tarius femora. capricornus genua. aquanus  
 tibias vsq̄ ad inferiora caullarum. pisces pe  
 des: ⁊ idem ordo potest directe attendi in m  
 firmitatibus penes domos bando caput ⁊ fa  
 ciem ascēdēt ⁊ sic de singulis.

**P**roportionatis itaq̄ celestibus signis ad  
 mēbra nostri cozpozū procedendū est ad cu  
 ram ipsoꝝ ⁊ totius humani cozpozū aspice  
 in omī tempore curationis ad locū morbi in  
 cozpozē. q̄ si fuerit egritudo in aliquo illoꝝ  
 trū mēbroꝝ: puta vel in capite gutture aut  
 pectore superiori: cura eam cuz luna fuerit in  
 vno illoꝝ trū signoꝝ: puta in arietē necnō  
 in thaurō aut geminis que est pars superior  
 ⁊ si fuerit in parte secūda cozpozū scz a spatū  
 lis vsq̄ ad vmbilicū: cura similiter eam cum  
 luna fuerit in cancro vel in leone vel in virgī  
 ne ⁊ est hec pars media. si fuerit egritudo in  
 parte inferiori cozpozū videlicz ab vmbilico  
 vsq̄ ad genua tā ante q̄ retro cura eā etiā vel  
 luna existēte in libra vel in scorpiōne vel in sa  
 gittario. ⁊ si fuerit morbus a genu vsq̄ ad pe  
 des sit similiter luna vel in capricorno vel aq̄  
 rio vel in piscibus: ⁊ exquisitius esset si luna  
 esset in membro respiciente distincte mem  
 bꝝ curandū vel saltem sit tale signum  
 ascēdē. vt si velis caput curare sit luna  
 in arietē vel saltem aries ascēdat: sed sicut su  
 pra dictū est nō sit luna in ascē. qm̄ ibi infortu  
 natur: ⁊ scias q̄ ois egritudo ⁊ dolor existēs  
 c ij

capite vsque ad pectinē bz curari luna exi-  
 stēte in angulū terre ⁊ mediuz celi q̄ pars dī  
 ascendēt ⁊ pars alta celi: ⁊ si fuerit a pectine  
 vsqz ad inferiozē partē pedis curabis cum lu-  
 na fuerit inter decimā domū ⁊ angulū terre q̄  
 est pars in fenoz circuli ⁊ sic in alijs egritudi-  
 nibus: ⁊ sit luna iuncta fortune aucta lumine  
 ⁊ nūcro ab infortunijs salua ⁊ in angulo pre-  
 terq̄ in ascēn. ⁊ sit in ascēn. fortuna ascēn. qz  
 significabit curā. Et caueas in omī curatione  
 ab hora martis ⁊ eius influētia ⁊ ne luna vel  
 dñs ascēdē. iungat ei ⁊ presertim ne luna iun-  
 gatur ei in signis terreis vel igneis: ⁊ ne lu-  
 na vel dñs ascēdē. aspiciat eā malo aspectu  
 marie in cremēto lune ⁊ in cura oculoꝝ ⁊ ca-  
 pitis ⁊ pone iouē fortunatū i ascēdē. vel i. ii.  
 io. vel. g. ⁊ si vis curare fascinatū vel malefici-  
 atum vel denotiatū sit in mercuri⁹ in suo termi-  
 no vel in alijs dignitatib⁹: ⁊ sic multū valet si  
 esset mercuri⁹ in primis septē gradib⁹ virginis  
 qz esset in sua domo ⁊ suis terminis: aliunde  
 tamē nō sit impedit⁹ intelligēdū quoqz q̄ me-  
 lius esset q̄ luna esset in p̄ncipio inceptois cu-  
 re in signo mobili aut cōmuni q̄ fixo: quia si ē  
 signū fixū protēdit cure p̄lixitate: ⁊ inter fixa  
 plus vitandus est leo ⁊ acceptabilior taurus  
 imo vt supra patuit in egritudinib⁹ antiquis  
 ⁊ fixe radicalitatis omīno eligēdus est taur⁹.  
 Inter quoqz mobilia plus vitandus est capris  
 cornus: ⁊ ne mireris si plus in donatiombus  
 lapatuarū medicinarū ⁊ alijs medicine ope-  
 ribus attēdamus existentia lune in celo q̄ ali-  
 terius planeten: ipa em̄ celoz est nūcia. hic em̄  
 annectēdū est q̄ sicut supra dictū est q̄ signa  
 celestia respiciunt naturali quodā respectu mē-  
 bra nostri corporis: ita eadē signa ⁊ stelle eis  
 insite influunt etiā supra medicinas tam sim-  
 plices q̄ cōpositas illis mēbris debitas ⁊ ab  
 eis dē euacuat. verbi gratia, stelle que habēt  
 influentia supra caput collū ⁊ pectus homis  
 sicut sūt stelle arietis ⁊ tauri ⁊ geminoꝝ instu-  
 unt singulariter supra terapigrā: ideo ipa habet  
 vniū singulare imperio creatoris a capite  
 collo ⁊ pectore ⁊ nō ab inferioribus mēbris:  
 ⁊ hoc exēplū est p̄ medicinis cōpositis. simi-  
 liter pro capite ē dicēdus de illa simplici medi-  
 cina puta aloē ⁊ mirabolani. ⁊ a pectore simi-  
 li ratione euacuat hoc cōpositū medicamē  
 pura dyasene: ⁊ istud simplex puta agaricus  
 quia speciale influētia super cōpositioē ⁊ ge-

neratione eozū habuerūt stelle cancri leonis  
 ⁊ virginis. pari ratione a stomacho illud euac-  
 uat cōpositum medicamē pura dyasene: ⁊  
 istud simplex scz casia fistular similis mirabo-  
 lani scz ratione stellarū cancri leonis ⁊ virgi-  
 nis. simili de causa similiqz modo euacuat ab  
 epate hoc cōpositū medicamē electū de succo  
 rof: ⁊ illud simplex scz fumus terre scilz ra-  
 tione influētie p̄ncipaliter virginis ⁊ p̄ncipij  
 libze. eodē etiā modo euacuat a splene illud  
 cōpositū medicamē pullule inde v̄l etiā dyase-  
 ne: ⁊ illud simplex scz sene vel etiā fumus ter-  
 re scz ipē finis virginis ⁊ p̄ncipij libze. eadēqz  
 ratione suo modo ip̄s renibus appropriat  
 hoc cōpositū medicamē pura benedicta ⁊ il-  
 lud simplex puta sapifragia ratioē iussuentie  
 libze ⁊ scorpiōnis. matrici etiā simili modo ap-  
 propriatur hoc cōpositū medicamē scz bene-  
 dicta: ⁊ illud simplex puta colouitida scilz  
 libze ⁊ scorpiōnis. iuncture autē simili ratioē  
 cōuenit hoc medicamē cōpositū scz electū de  
 succo rof. v̄l etiā benedicta: ⁊ hoc simplex. s.  
 hermodactili vel etiā colouitida. colouiti-  
 da quoqz ⁊ hermodactili p̄pter influētia stels  
 laruz constitutiū signū pisciū virtutē habēt  
 purgandi pedes ⁊ habet supra iuncturas ma-  
 rinā influētia capricornus ⁊ post aquarius ⁊  
 post pisces. Considerandū attamē circa nūc  
 dicta q̄ multū conferūt dispositiones qualita-  
 tū medicinaruz ad opera euacuationū. hinc ē  
 q̄ ad euacuandū a iuncturis q̄ sunt loca mul-  
 tum remota a stomacho ⁊ alijs p̄ncipalibus  
 mēbris necessarie sunt medicine fortes vt vir-  
 tus earū in via ratione caloris naturalis non  
 consumat ⁊ oportet eas esse subriles ⁊ acut-  
 tas vt virtus earū ad profunda corpoꝝ loca  
 queant penetrare marie quia loca iucturalia  
 sunt neruosa ⁊ per cōsequēs dense compagi-  
 nis. Admiratōe quoqz dignū rationabilis exi-  
 stit. vnde tam admirabilis vis existat tā me-  
 dicinis q̄ stellis: medicinis scilz passive ⁊ stel-  
 lis actiue: sed hec omī semoto hesitatōis scru-  
 timo a summo oim̄ rerū conditore ac creatore  
 ipsiusqz potēti ⁊ oim̄ perfectōe digno impe-  
 rio p̄sunt ⁊ dependet: ⁊ nō sōiū hec vis inero  
 subiecta iuri naturali: sed ⁊ oim̄ virū tam sen-  
 sibilū q̄ intellectualū cunctariqz reruz totū  
 nature subiecta vultui ei⁹ ineffabili bonitate  
 dependet mltimode: ordine quoqz ⁊ nexu no-  
 bis in cōp̄: hēnsibilis extat p̄natura ipsi sumo

bono qđ deus existit velut originē simul ⁊ fini lege immititur naturali. iuxta dictū boeticū in de philosophico consolatu libro .3. metro .3. Reperunt proprios queq; recursum redituq; suo singula gaudēt nec manet vlli traditus ordo nisi qđ fini imperit ortus stabilemque sui fecerit orbē. Et quia supra dictum est qđ corpus humanū habz ordinē ad influentiā signi rini: vt influentia arietis supra caput: ⁊ sic de singulis pretermittēdū nō est in presenti materia qđ etiā corp⁹ nostrū humanū habet aspectum ad influentias. 12. domoz vt puta caput ad ascendē. collum ad domū secundā: ⁊ sic deinceps fm ordinē domozum vt dictum est clarius superius. Ande bene aduertendum est qđ si curare velis caput siue per medicinā laxatiuā siue per alterationē aut aliud multū cōgruū erit qđ in domo respiciē. caput ponatur fortuna nō aliunde impedita: ⁊ prestabilis erit qđ aries ascenderet nisi qđ vitari deberet medicina laxatiua siue luna eēt sub eo vel siue aries ascenderet quia timor esset de vomitu: ⁊ hoc est solū ratione illius qđ aries ē signū ruminatiuū: ⁊ sic de alijs dicendū est qđ si velis curare collū sit fortuna in secūda domo: ⁊ prestabilis esset si thaurus pstitueret domū secundā. ⁊ sic videndū est cōsequēter discurredo per alias domos: lunā autē solū dīponē in suo signo velut supra tactus est. si rasiuonē signū in quo est luna constitueret domū respiciēte mēbrū cui mēbro esset medicādū tanto prestātius esset: sed tamē bene semper considera qđ nullo modo fiat inasio in mēbro luna existēte in signo hoc mēbrū respiciē. His dictis generalit̄ annectendū est qđ in omni electione cuius effectū quis desiderat ⁊ ad ppositū intelligim⁹ de medicinali electōne septem sunt consideranda. Primum est aptare seu fortificare planetā vncētē in natiuitate vel saltē nature ⁊ moribus eius cui fit electio cōueniētē. Secundū est aptare planetā qui fuit dux proxime preterite cōiunctōis vel oppositōis luminariū: qz ipse habet significatio nem super omnes qui sunt inter ipa tempora media. Tertū est aptare gradus ascendē. ⁊ eius dñm. Quartū est aptare gradū vniūsq; luminariū ⁊ dñm horē: ⁊ si hec impedita fuerint nullū erit remediū. vtestat haly. s. opoztebit electioē differre. Quintū est aptare domum ⁊ planetā significantē rem ⁊ genus ele

ctiois ac ipius planete vltimū receptorem. Sextū est aptare gradū medi celi. Septimū tandē partē fortune ⁊ domū quartā que est finis rei. Ande nota qđ aptare domū aut planetam nihil aliud est qđ eligere tēpus in quo sit it in dispositione apta ⁊ bona in ipso celo. Argumentū quarti cap. quarte dñe.

Capitulū quartū de electione influentie celi circa curam oculoz ⁊ aurū ⁊ de eius subtili ingenio.

## Via in isto ca

pitulo tractandū est de influentiā celi super oculos corporis humani ⁊ super aures ⁊ de modo mēdendi ⁊ pseruādi sanitatē talū organoz. Primo videndū est qđ sit oculus. oculus est mēbrum rotūdū radiosuz lucidū septem tunicis ornātū ⁊ cōstans ex tribus humorib⁹. ⁊ est ornatū septē tunicis a proprietatib⁹ septē planetarū: ita qđ quelibz tunica ipius oculi participat cū certo planeta incipēdo a saturno: cōsequēter descēdendo vsq; ad lunā vt pōt partē discursu perspectiue theodosij. oculus ē cōstās ex tribus humorib⁹ qui sunt isti: crystallinus qui est sedes virtutis visive ⁊ participat cū natura aeris. humor citrin⁹ qui participat cū natura ignis. ⁊ humor albuginē⁹ qui participat cū natura aque. Hīsa cōsideratiōe oculi in se videndū est de influentiā celi super oculū: ⁊ de cura ei⁹ considerandū vtrū ocul⁹ patiat ratiōe humoris abūdantis in cerebro descēdētis ad oculuz: vel qđ sit tela in ipso vel aliqua macula vel vesica. si sit impedimentū ex parte humoris cerebri purgādū ē cerebrū ab illo supfluo humore p medicinā cōperētē luna existēte in piscib⁹ vel in arietē vel i thaurō: ⁊ prestātius ē ad hoc signū arietis: ita tñ qđ aries luna existente sub eo nō ascēdat: hoc est qđ nō pstituat domū primā rōne infortunij lune in ascē. ⁊ licet rōne ruminositatis arietis ascēdē. nō esset bene eligēdū tamē minus malū mlto esset qđ si luna esset sub eo. p ptea cōsidera iuxta ante habita qđ p sēntia lune in aliquo signo ad opera medicinalia multo p. valet ⁊ fortior est qđ qđ signū aliqđ nude affe dat: ⁊ sic de alijs bonis planetis dicēdum est suo modo. s. de ioue sole venere ⁊ mercurio. Purgato igit cerebrū applicet aqua vel alia materia cōueniēs ad purgādū oculū magis

extrinsece et ad confortandū ipsa eligēda est luna in arietē dū tamē materia nō sit corosua tunc em eligēdus ē thaurus. Si vero sit tela in ipso oculo vel aliqua macula vel vesica quare eēt necesse ponere ferrū vel materiā corosiuā: videndū est cū magna deliberatiōe et quādoq; p̄ mensem anteq̄ debeat cura inchoari vt pos sit haberi cōpetēs celi influētia ad talē operatiōē inchoandā. et p̄mū quidē est considerādū q̄ luna nō sit in arietē nec aries ascēdat eo q̄ tangere mēbrū ferro luna existēte in signo talis mēbrū verēdū ē. Secūdo cōsiderandus q̄ luna sit in cremēto et velox in motu. Tertio q̄ luna nullā influētia recipiat a marte per aspectum vel per coniūctiōē: q̄ magnū dānū mares influit oculis et est dānator oculorū et toni capitis marie in cremēto lune. Quarto perpēde ne cura oculorū inchoet hora martis vel saturni sed peior est influentia maris. Quinto ne mars sit ascēdēns celi vel in ascēnsu naturā egri qui sciret naturā: q̄ ascēdēns habet caput. Si possis vltra p̄dicta fac vt pars fortune non sit in q̄rta domo octaua nec sexta. et ad bene eligēdū influētia cōpetentē sit luna in cācro aspiciēs iouē vel solem vel venerem aspectu amicabile. luna in v̄gine et in p̄ma parte libe et in aquario et secūda parte pisciū vtilis ē post thaurū: nō t̄m sit in fine signorū q̄ sūt termini malorū et deterior esset luna in fine pisciū p̄pter appropinātiōē ad arietē q̄ in fine aliorū signorū dicitur. Laue etiā in omnib; medicinis tangēns oculos quacūq; via ne parētur sub influētia martis nec q̄ plus ē vasa vitrea in quib; medicine oculorū recondi debent in hora martis nō mūdēt q̄ venret fortasse in cōueniēs vel fractio aut inepta p̄seruatio medicine in eisdē: et q̄ro peior esset mars vt p̄ta retrogradus combustus tanto esset peius. Multū natura humana ad custodiā oculorū laborat: q̄ oculi sūt fenestre aie per quas fenestras videt colores et figuras. Et vt dic̄ plato oculi participāt cū cerebrō in genere luminis intellectus recipit lūmē spūale et oculus luminis corporale: et oculus ē pinguis et lachrymosus: est pinguis ratiōe participāte cū natura cerebellari et lachrymosus ratiōe participāte cum natura aque.

**C**iares sunt mēbra seu organa nobilissima tortuosa cōcaua ex instrumentis aie quib; soni et voces discernūt sapiētie et sciētie sūt susce

ptibilia dicēte Aristo. i. metha<sup>ce</sup>. Quia alia auditu carētia sunt indiscipinabilia. circa cuius p̄sideratiōē medicinale per influētia celi omnia que dicta sunt de adiutorio et nocumēto oculorū memorāda sūt ad sanatiōē aurium: excepta ista differētia q̄ oculi requirūt medicinas tēperate frigidās ad eorū cōseruatiōē nisi in hoc q̄ aqua ardēs prodest oculis dolore tamē inferis: s̄ alie aque medicinales ap̄ propriatē oculis tēperate debēt esse in calore et frigiditate et plus participando naturā calidam q̄ frigidā. oppositū est de aurib;: q̄ aurēs requirūt aquas seu medicinas magis tēdentes ad calorem q̄ ad frigiditātē p̄ earum cōseruatiōē. ad curā vero oculorū vel aurium istud caplin simpliciter non sufficit quo ad celi influētia sed multa sunt p̄sideranda de his q̄ superius in alijs capitulis sunt declarata. vt verbi gratia. si tu incipis aliquā curā oculorū vel aurium circa cōstitutiōē solis et lune nō nisi male accideret: et sic de alijs p̄ditōib; tactis.

Argumentū quinti cap. quarte dñe.

**Q**uintū caplin de mmera febriū et de placentis influētibus in ipsis et de ingenio p̄cedēdi ad curā sequitur in hūc modum.

## Natura febrī

um pariter et celi influentia in cura earū efficacius p̄seruatur possint p̄notanda est febris diffinitio et istarū hęc generalis diffinitio. vnde febris est calor naturalis mutatus in igneā. diffinitio quoq; generalis earū ex hac dēscriptiōe trahipōt hoc modo. Nā ex quo febris ē calor vt dicit diffinitio et ipius nois interpretatio. dicit em a seruo ferues: vel a p̄hos grece q̄ est ignis vel lux late tunc. idō s̄m triplicē calore nostri corporis triplex ē prima diuisio febris. Est em calor spiritūū calor mēbroꝝ et calor humorū. febris generata p̄ lapsum caloris spiritūū dicitur effimera ab effimero grece q̄d est nomē cuiusdā piscis solū viuētis p̄ vñū diē: quilla febris nō durat v̄ plurimū vltra spaciū vñi diē: aut durat vltra spaciū trū diē: qm̄ in putridā quertē et causat hęc spēs febris a sup̄ calefactiōe spiritūū et nimio estu aut itenou aut extenou: v̄ tenou quidem vt ex ira aut sumptiōe cibi aut potus sup̄ calefactiōis: vel ex extenou q̄dē vt ex excessiuo exercitio seu numā mora in sole et ex alijs in debitis adimulatiōib; rerum

nō naturalium supercalefacientium: et sicut hec febris ex facili plerūq; causatur curatur ita facili et subito remedio puta simpliciter in frigiditate potest curari. febris vero generata a supercalefactione febrium dicitur ethica et est illa inter omnes species febrium lentissima et longissima facta et equalis fere in gradu ipsi calorem mensurorum et per consequens lente affligit ipsa mensura et fere insensibiliter ipsa leditur: cuius causa est quia dolor est sensus rei contrarie: sensus autem non causatur nisi per actionem unius contrarie qualitates in altera. ab equalibus autem non fit actio: sed actio fit a qualitate predominantem que igitur in naturalis febris et calor ethice febris parum dominatur calorem mensurorum sequitur quod paucam actionem faciat que et. procedit tamen hec febris semper extenuando patientem ipsam et absumendo mensuram humidam sicut rore cambiale et glutinosum. et sic tres sunt species ipsius febris ethice. Prima que causatur per consumptionem humiditatis roreale quod humidum roreale dicitur refundere a mensuris aroreans ea. Secunda causatur per consumptionem humiditatis cambiale quod sic dicitur eo quod immediate aptum est ratione assimilationis mensuram quam tam acquisiunt ratione caloris mensuram aptum inquam ad hoc ut in substantiam mensuram convertatur. Tertia causatur ex consumptione humiditatis glutinosi quod est humidum actu et in substantia ipsa mensura. Ex his prima harum facillime est curare: alia duabus difficultatis tamen cognitionis et secunda difficultis est curare facillime est curatio eo quod nimium substantiam mensuram est in habituata et eadem fere equalis facta. et hec febris licet ethica a medicis vocatur febris facta ratione nunc dicta et eo quod non dependet a contrariatione delegationis causarum ipsius ab aliqua materia. febris autem causata a supercalefactione in naturalis humorum dicitur putrida eo quod refertur in capnositas. et fecidus humoribus delegatis ab aliqua materia ipsius mensura. Considerandum autem attrahere quod ex quo febris est prima passio cordis quod nulla species febris causatur nisi cor primo supercalefaciat et sic ipso supercalefacto consequenter alia membra supercalefaciat: et propter hoc febris dicitur uniuersalis. diuersificatur tamen hec febris tam quo ad materiam quam quo ad materiam. nunc in proposito dicitur sedes seu locus originalis alicuius humoris

in ore febrilis. quo ad materiam quidem diuersificatur febris secundum diuersitatem quatuor humorum. febris igitur generata ex supercalefactione sanguinis est duplex. quedam causatur solum ex nimia sanguinis multitudine et vocatur synochus: alia ex sanguinis putrefactione et vocatur synochus. Unde metrice synocha de multo sed synochus a putrefacto. et eius materia est plerumque epar. febris generata a colera dicitur generaliter tertiana eo quod affligit de tertio in tertium diem: et sic vocatur inter paulata. quandoque tamen infestat continue et sic dicitur continua: et diuersificatur eo quia quandoque fit ex pura colera et sic dicitur tertiana vera seu pura que fit in ultimo excessu caliditatis. dicitur causari a caumate quod est incendium. alio modo fit ex permixtione alterius humoris et precipue fleumatis et materia eius est castis felis vel etiam epar.

febris generata a supercalefactione fleumatis dicitur quotidiana eo quod quolibet die affligit et eius materia est stomachus eo quod stomachus ut aiunt medici est latrina fleumatis febris autem generata ex supercalefactione melancolie dicitur quartana eo quod affligit de quarto in quartum diem. et diuiditur hec species febris secundum diuersitatem melancolie. duplex enim est melancolia scilicet naturalis et immaturalis. naturalis est illa que a principis nature nostre corpori inest existens naturali residentia et sepe sanguinis. alia est immaturalis et illa generatur ab adustione uniuersumque humoris: et est materia quartane ipse splen. Et nota circa dicta quod egritudines generate a duobus calidis humoribus dicuntur acute: generate vero a frigidis humoribus et preferuntur a melancolia dicitur chronice. id est longae seu prolixae. acute reguntur motu lune in angulis celi: chronice vero reguntur motu solis in eisdem celi angulis. ut vult ptholomeus verbo. 60. centiloquij albaharum sane et certe et. in quo verbo similiter et in commento haly ostendatur causa mutationis omnium morborum curabilium tam acutorum quam chronicorum. ut exemplum gratia. ponatur quod in principio morbi acuti luna fuerit in principio arietis tunc septima dies ab ea est critica: cuius causa astronomica est: quod die luna uenit ad signum canceri luna mouet per dies duos et 6. horas. in uno signo vel circa quod est oppositum in duabus quantitatibus ipsi arietis quod aries est signum calidum et sic et cancer

# Differentie quarte Capitulum V

est signū frigidū & humidū & inter arietē & cancrū est quarta pars circuli causans primā lineā quadrati celi. & si luna in loco illius quadre planetā fortunatū inueniat siue per conjunctionē siue per aspectus fortius tamen est per cōiunctionē: nā fortificabitur supra morbum & est signū boni q̄ si medicus astrolog⁹ prouideret illic illā fortunā p̄ propicias & faciles medicinas posset infirmū ad sanitatem in septima die deducere. Sed si nō ibi fiat crisis eo q̄ nō reperietur bonus planeta ille expectēda est dies. 14. a principio morbi q̄ tunc luna erit in principio libe & cōcurrūt due cause crisis: vt puta oppositio celi & signoz conuariatetas in vna qualitate. ares em̄ calidus & siccus est: libra vero signū calidū & humidū & si illic reperiat planeta fortunatus signū est salutis: si infortunat⁹ ē signus periculi: & sic si tūc nō fiat crisis expectandū est quousq̄ luna veniat ad sequēte quadrā puta ad principium capricorni & erūt. 21. dies & erit tertū latus ipsius quadrati celi q̄ si similiter nō: expectandū est quousq̄ luna retrogradietur ad locum in iij scilz ad principium arietis. & sic cōplebit totā reuolutionē suā & erūt. 28. dies & erit ibi latus quartū & erit ibi crisis si fortuna reperiat ibi: si infortuna puerit egritudo acuta in chronica. inter hos autē dies criticos sūt dies aliqui medij qui vocātur dies indicatiui a phisicis eo q̄ indicant signa salutis aut periculi v̄turi in die critico proxime subsequēti. sicut dies quarta ē indicatiua septime qui dies indicatiui sumuntur per loca circuli signoz intermedia inter duas quadras: quia illa loca semper in aliquo opponuntur ipsi quadre precedenti. nam presupponēdo exemplū positū in quarta die luna est in thaurō: modo thaur⁹ est cōtrari⁹ arietem in vna qualitate puta frigiditate: & sicut nō erit vis humoris q̄ moueret in egro sicut fuit in principio morbi: & p̄ se q̄ns natura via deoneratōis fortificat & sic naturalis operat⁹ & signū dat medico bone crisis future in sequēte quadra: & sic inuestigati sunt 8. anguli circuli signoz penes quos sumuntur iudicia critica. **Est** em̄ crisis velox & vehemens mor⁹ morbi cū infirm⁹ vel ad sanitates vel ad mortē deducit. est autē crisis cū natura a bonis diuidit nocua & vt ad expellendū faciat apparatus. verba sunt Galieni. 2. amphi. cōd⁹ quibus crisis fit rē. Et dicit crisis grece.

iudiciū latine & albaari arabice tm̄ valet q̄ tū crisis. vnde crisis est iudiciū: morb⁹ est actor: natura est reus: medic⁹ iudex: & accidētia sūt testes. Et nota q̄ cōditōes bone crisis sunt sex. cōpleta: certa: salua: manifesta: indicatiua & in die critica. Pro quo vltorius notandū q̄ dierū q̄dam dicit⁹ critica q̄da nō critica. quedam dicit⁹ indicatiua quedā nō indicatiua: & q̄dam intercadēs. vnde dies p̄ma & secunda sunt dies nō critici. tertia est intercadēs. q̄ra est indicatiua: q̄ medie p̄me septimane fin phisicū. q̄nta. pp̄ie intercadens. sexta nō est pp̄ie critica. septima pp̄ie ē critica. octaua nō est critica: q̄ principū secunde septimane fin phisicū nona dies est intercadēs. decia nō est critica. vndecima est indicatiua: q̄ est media secūde septimane fin phisicū. duodecima nullo modo est critica. deciatertia intercadēs. deciaq̄rta. p̄pe critica q̄ finis secūde septimane & principū tertie. deciaq̄nta ē intercadēs. decia sexta nullo modo ē critica. decia septia indicatiua vigesima. decia octaua nullo modo ē critica. decia nona ē intercadēs. vigesima p̄pe critica & finis tertie septimane fin māsonē phicoz. & sic vltorius vsq̄ ad 30. Redēdo ad p̄positū nota q̄ penes 8. angulos supradictos sumit⁹ fin aliq̄s aspect⁹ oculis q̄ cōprehēdit octauā partē zodiaci q̄ aspectus nō valet nisi phisic⁹. & inter hos angulos notant p̄cta media alia videlz octo. & sic habent. 16. latera ipsi⁹ circuli signoz: & penes illa p̄cta in media phici sup̄ferūt dies intercadēs. Hanc autē materiā celsū phici solū sciunt scia q̄ ē nō pp̄ qd q̄ solū sciūt lōgeua expectātia edocet: q̄ viderunt sp̄ sic & vniformit̄ in effectū p̄tingere. Sed vt crisis habeat p̄ vīā experimētū oportet scire. Primum vt sciatur principū egritudinis. s. manifesta lesio opatio nis & decubit⁹. Secundū q̄ error nō intercadat scz q̄ mgdie sit sapiēs patēs obediēs minus diligētes extrinseca ad velle infirmi. Tertū q̄ si fuerit p̄ tres dies cum illoz debet attribui. Et ad h̄ sciendū septē requirunt: videlz vt sciatur natura egritudinis: natura diei: principū circuit⁹ principū rei: p̄suptio: & t̄po duratōis. Vbi principū circuit⁹ appellat⁹ cū dolores & vigilie capiunt̄ in tedi. principū rei vocat⁹ cū materia euacuatur per sudorē vel p̄ consumilia. & consumptio appellat⁹ cū materia manifeste euacuata est. Astrologi vero & P̄tholome⁹ in verbo

allegato sciūt scia ppter quid scz per causas  
Et nota: q̄ bene notato p̄ncipio egritudinis  
et p̄siderato gradu sub quo tūc est luna: coin-  
putādī sunt p̄ die & hora critica. q̄. ḡra. p̄cise  
q̄ tunc fit crīb. & cōputandī sunt. A. ḡra. pro  
die & hora iudicatiua p̄cise: & sic suo modo vi-  
de de intercadētibz. ¶ Sed peteret aliquis  
vtrū ne illa regula sit generalis. r̄ndē q̄ nō  
impediētibz duabz de causis. p̄ma nā po-  
sito q̄ in eadē hora & minuto duo incipiāt ea-  
dē specie egritudinis. verbi ḡra calida & sic-  
ca de natura videlz martis egrotari: & vñ il-  
loz duoz sit iuuenis alter senex iuuenis mo-  
n pōt & senex euadere ratione obr̄peratiōis  
cōplexiōis etatiue ipsius senis p̄ naturā & cō-  
plexiōē ipsius martis. Sc̄da causa nā posi-  
to casu nūc recitato si mars in natiuitate vñ  
illoz fuerit dñs alciū aut als magis dñs i na-  
tiuitate ei? ille fortasse euadet altero moriēti.  
q̄ vt supra dictum ē inali iuuāt suos: s̄ q̄ illi  
duo casus raro eueniūt: ideo super? dicta sic  
generaliter sunt posita pro doctrina. ¶ Sc̄ciē-  
dum circa illam partē circuli que r̄git de pla-  
neris influētibz sup infirmitates febrales et  
sup alias quascūq̄ similitū manerēt: & q̄ b  
est duplex consideratiō. p̄ma est de motu tē-  
porz & de planeta celi mēsurāre breuitatē vel  
pluritates infirmitatis & ē certa p̄odus natiui-  
tatis: vt exēplī ḡra exemplificatiū fuit super?  
in isto caplo de mensura temporz motus lune  
mēsurantis tēpus infirmitatuz acutarū & so-  
lis mēsurantis tēpus infirmitatuz ch̄romicā. i.  
plurium sicut est quartana q̄ oēs egritudi-  
nes curabiles cōter mēsurātur mēsurāz mo-  
tus solis. Sc̄da p̄sideratiō est de minera & de  
humore peccāte et illam minera s̄nt et humo-  
rem regit aliq̄s septē planetarū vt verbi ḡra  
minere q̄rtane humore peccātem regit satur-  
nus effimeran regit mercuri? synechū & syno-  
cham regit iupiter. s̄ febrēs aut ternas & alias  
quascūq̄ rōne colere corpori inepistētes re-  
git mars: et h̄icam regit sol. Illis itaq̄ plane-  
tis fortificatis in celo nō debet inchoari cura  
nec debet eligi tēpus dominationis ipsoz aut  
tēpus inchoationis cure aut p̄pinationis me-  
dicinē: & de hac materia scz de debilitatiōe pla-  
netarū eligenda in curis superius est mentio  
facta.

Argumentū sexti capli quarte differentie.

¶ Sextū capitulū ē de flebotomia fin cur-  
sum & ordine dierū lunationis et fin aspectū  
lune ad planetas & ad tēpora anni: & ad dis-  
positionem aeris & personarum.

## ¶ A flebotomia

i  
triplex radix est attendēda: scz in-  
fima media & suprema. Infima ē  
p̄sona flebotomāda. attēdendū est igit̄ in-  
talē radicē ad p̄plexionē p̄sone etatē ei? & ha-  
bitudinē ipsius: quo ad p̄mū cōplexiōi s̄as  
guinee p̄p̄ssime cōuenit flebotomia: post  
hec colence: post hec fleumatice: & vltimo me-  
lancolicce. est em̄ flebotomia euacuatiō mas-  
se sanguinarie sui quātitate aut qualitate tē-  
perie nature excedēte. quo ad sc̄dm nimis iu-  
uenes nec nimis antiqui nō sunt flebotomā-  
di nisi in casu desperato: sicut auēzoar filium  
suū duoz annoz calis de vita desperans fle-  
botomauit qui vt sic euasit. Quo ad tertium  
extenuati nō sunt flebotomādi. Media ra-  
dix est aeris dispositio que vocari pōt media  
eo q̄ in quocūq̄ ordine ē repire extrema sum-  
phicia in illo ordine repietur medium cōstitu-  
tum ex vtrīsq̄ extremis. p̄mo de sensu: s̄ in  
ordine nature ē reperire extrema dantia t̄m  
virtutē insuribile flebotomie cōuenientem  
cuiusmodi sunt corpora celestia: & est reperire  
recipiētia t̄m eadē cuiusmodi est corp? hu-  
manū & tale medium est aer recipiens a celis  
dispositiones celi flebotomales iam expr̄-  
mendas dans q̄ et imp̄mēs eadē corpori  
humano quare &c. ¶ Que aut̄ p̄hibent flebo-  
tomā quoad illam radicē sunt v̄tus nebu-  
losus obscurus meridionalis & v̄tus occidē-  
talis & aer calidus & aer sic? aer pluuiosus  
frigidus & humid? aer feridus aer pestilētia-  
lis. Indicāna sunt v̄tus borealis: v̄tus ori-  
entalis. aer tēperatus. aer aromatic? scz p̄ ar-  
tem factus. ¶ Quoad radicē superiōrē cuius  
modi est corpus celeste q̄ plurima sunt aiad  
uertenda: quoz quedaz sola experientia a q̄-  
busdā p̄hificis antiq̄s putā ex caldeis exorta  
sunt p̄secuta: nō t̄m aliqua astro? rōne nobis  
scita & stabilita: & sunt q̄dā dies vniuscuiusq̄  
lunationis qui hic nec approbātur nec repro-  
bātur: sed dūtārat recitatur. ¶ P̄ma igit̄ di-  
es lunationis alciū? p̄petens ipsi flebotom-  
ie sic se debet h̄re v̄puta q̄ nō sit tpe nimis  
excessiue calido sicut in iulio & augustio & in

mis excessiue frigidus sicut i corde hyemis: il  
la reddit psonam graue si fiat nec est. si da ni  
si cu periculo. Secūda dies lunatōis alicur  
reddit psonam guttosam et dolētem in iūctu  
ris nec est eligēda. Terna ministrat dispōem  
membroz quā cōsequitur in breui electio mala  
Quarta infert mortis timores: et satis subito  
fin illum planetam tūc dominātem. Quinta  
annihilat sanguinē modicū reddēdo extra et  
turbādo sanguinē intra. Sexta die flebotom  
ia nō est fiēda et si fiat a mala electione red  
dit sanguinē quasi albū. Septima reddit per  
sonā debile p nimio sudore et inducet piculus  
infirmittatis. Octaua debilitat psonam qua  
si in oibus mēbas et mutat appetitū come  
dendi. Nona imutat colorem psonē et guttas  
disponit uenientē infra annū. Decima inter  
cetera remouet prātem comedendi: tñ nō est  
equemala sicut nona. Undecima ppetēs est  
iuueni indigētū tñ mutat qñqz colorem per q̄t  
tuor dies. Duodecima bona ē nisi mali aspe  
ctus impediāt et meliorat appetitū comedē  
di. Decimatercia ppetens est cui opus est: tñ  
sine indigētia festina nō eligat. Decimaq̄rta  
grauat pectoralia et facit psonā afinaticā pro  
cessu teporū. Decimaq̄nta piculosa est qz idu  
cit psonam ad longā infirmittatē vel ad scabi  
em. Decimasexta cōpetēs est cui opus est: tñ  
nō eligat nisi pstellatio bona faceret aliudē.  
Decimasēptima facit sicut pcedens: et cū hoc  
nisi esset necessitas. Decima octaua apra ē ma  
xime antiquis indigētibz et colericiis iuueni  
bus. Decimanona mala est et grauat psonaz  
per. ij. dies et qñqz iducit incurabile infirmu  
tem. Trigesima grauat vt in plibus p. 40. dies  
et si sint mali aspectus ledit ad mortem. Trigesi  
maprima bona est et auget appetitū comedē  
di cū digestionē et reparat sanitatē. Trigesima  
secūda melior est et p plurimū indigenti repa  
rat sanitatē si psona sit capax. Trigesima t̄tia  
pstat sanitatē et fortitudinem et purgat suffici  
enter supfluos humores. Trigesimaq̄rta dat  
leuitatē et leticiā et reddit corpus humanuz  
delectabile et tēperatum. Trigesimaq̄nta bo  
na est in oibus maxie si fieret vespere p sple  
ne et melācolia. Trigimasexta ē bona oi ho  
ra et p omm humore et liberat a febribz p lon  
gum tēpus. Trigimasēptima mala est et qñ  
qz infert periculum mortis et in breui videtur

effectus. Trigesima octaua licet nō multū lau  
dat electio tñ p fracturū et verberū pōt fieri  
operatio. Trigesima nona multipliciter aggra  
uat psonā. Trigesima peior est qz ppe pūcti  
onem solis retinētis fortitudinem lune: et bi  
ctum de trigesima bene fundatū est in rōne.  
C̄rta igitur vt supra tactū est p maiora pre  
habuerunt fundamentū a caldeis sup expe  
rientijs lōgo tpe a sapiētibz pbatīs. procedēs  
do itaqz ad ea que se tenēt ex parte radij su  
perious approbata rōne astro. videndū est  
pūmo generaliter de t̄pibus anni pūmo vitā  
di sunt dies caniculares et anticaniculares et  
tota influenza leonis tam ex parte solis q̄ ex  
parte lune: euntē incisio uenē a nonis men  
sū h̄ cōputando a fine vsqz ad p̄ncipiū kalē  
darū septēbris: hoc est a. 7. die iulij vsqz ad. 15  
augusti incliue ppter influentiam solis leo  
nis et canis valide cōcurrentū ad influētiaz  
caloris excessiu: ver et amūnus bonus. Kur  
sus est videndum iux̄ dictum p̄p̄o. in centis  
loquio. verbo. 20. tan. zere in embz ferro luna  
existe. in signo illius mēbz uerendū est: et p  
pter h̄ flebotomia nō laudat luna existente  
in gemis qñ sit i brachijs: sic de alijs signis  
dianabz sup alijs mēbas corporū. p̄siderandū  
qz luna existe in ariete flebotomia ē bona  
maxime p euacuatione colere p̄siderat̄ dis  
tombz generalibz sup̄ positū vtputa qz luna  
nō esset in ariete cū saturno vel in arie vt ppe  
pūctionē solis in ariete: quas p̄ditiones pōt  
p̄uidea per se ex supradictis recoiligere: nō tñ  
tangat caput ferro. scdm̄ verbū p̄p̄o. alle  
gatū. pōt bñ tangi seu flebotomia uenē ca  
pitis q̄ est in brachio que uocat̄ cephalica: vis  
delicet luna existe in ariete: nec etiā tunc ca  
piti v̄tose cū scarificatione sunt apponende  
q̄bus ventos vt̄mur aliquotiens loco flebo  
tizomie. Est etiā v̄tosa vicari flebotomie vt  
ait arnaldus de villanova in suis simplicibz: lu  
na existe in tauro et geminis ppter brachia  
in leone et in scōa pre libe et in scorpionē ma  
la est flebotomia. nō tñ tantum est nocua in  
scorpionē q̄ in tauro vel leone: qz scōpi ē  
domus manū. sūl mala est flebotomia luna exi  
stere in capz. et peior tñ est in piscibz: cōpes  
tens aut̄ est in cancro in yrgme in prima pre  
libe in sagittario et in aq̄rio: p̄ter ista dicta cō  
siderandi sunt planete q̄ habēt influētiam sup



quatuor hūores corpori humani: vt verbi grā saturn⁹ habet influentiā sup humore melāco licū iupiter sol ⁊ ven⁹ sup sanguinē: mars sup colerā: luna sup fleuma. vnde hi planete sūt debilitādi tpe fleborthomie: ⁊ ne fiat fleborthomia in hōis eorūde. vt exēpli grā si velis elis gere tps fleborthomie ad purgandū coleram nō sit hora marti: qz mars auget fortitudinem colere in hora sua nec sit mars foris in celo vt in ascēte vel in alijs āgulis: s; in domib⁹ cardētib⁹ vel ad min⁹ succedētib⁹ vt debilitet eius influentiā ⁊ ne retineat sup suam virtutē hūores purgādi in corpore humano: ⁊ sicut dicitur de colera fin influentiā marti: ita dicēdū ē de alijs suo modo respectu alioꝝ humoꝝ ad suas planetas. opposituz autē dē de signis: vt verbi grā si velis euacuare melancoliaz pone lunā in virgine in signo terreo: ⁊ si colerā pone lunā in arietē vel in sagitario: vel si velis euacuare sanguinē pone lunā in p̄ma medietate libze vel in aqno. attē p̄ma ps libze aptiōz est q̄ aquari⁹: qz aquari⁹ est signū fixum: et sint hęc signa in succedētib⁹ qd dicit p̄p̄ lunam que nō est bona ad fleborthomandū in ascēdēte nec in q̄ta domo. Respicēde sunt etiā quadre lunationis p̄petuiores vt scda ⁊ tertia q̄dre sunt p̄peties vitando vnū diez ante oppositionē et vnuz post. Et nota hic qd scda quadra lunatōis vtilior est p̄ iuuenibus ⁊ tertia pro seniorib⁹: qz in scda q̄dra sanguis est in augmēto et habet cōsimilitudinē cū iuuenib⁹. tertia cū antiquis nō tñ nūmū anti quis. Ad idēdū est nūc de aspectib⁹: luna vacua cursu nō est bona: aspect⁹ quart⁹ lune ad solē est malus. ois aspectus lune ad saturnū est malus ⁊ silt ad martem p̄ter q̄ trin⁹: duo dies añ p̄iunctionē lune cum sole ⁊ duo post sunt mali. oppositō lune cum sole est mala: sed peior est cōiunctio lune cum sole. s. durante cōbustione lune: luna existēte in via cōbusta que est a. 19. gra. libze: ad. 3. scorpion. ē pessimū. bon⁹ autē aspect⁹ omnis: ⁊ etiā cōiunctio iouis ⁊ lune. silt valet aspectus lune ad venerē qz venus est planeta fortunat⁹ et silt aspectus sextilis lune ⁊ aspectus trin⁹s lune ad solem sunt valde boni. p̄ter predicta in dicantia bonitatem fleborthomie sit luna et dñs ascendētis in signo arietis ambo fortunati in suis luminib⁹ nec dñs. s. misceat cum

luna aut cum dño ascendētis nec ipse sit in angulis. fortuna sit in medio celi aspiciēs lunam vel dñm ascēti. Nunq̄ sit luna in ascēti mūdi. vnde ascēti mūdi est signū exstēs in cōtactu orizontis mūdi omni hora qd dē ascēti mūdi ad dñam ascēti natiuitatē hois vel alis cuius figure celi spālis. Et sūt quedā indifferēter indicantia fleborthomiaz cuiusmodi sūt aspectus sextilis ⁊ trin⁹ ipsius lune ad mercuriū: sed q̄tr⁹ ⁊ opposit⁹ sunt mali. siltiter indifferēs est cōiunctio lune cum capite diacomonis: sed p̄iunctio ip̄sue cū cauda est mala: si cū ventosa operandū sit q̄ ē vicari⁹ fleborthomie vt supradictū est sit luna post oppositōis nē in vltima medietate mensis sui aspiciens ad fortunas: cauendū est a cancro leone ⁊ capricorno: ⁊ maxime a via cōbusta: signa bicorpoꝝ nō timētur cū fuerit fortuna in eis ⁊ sit luna in p̄ma medietate libze vel in scorpion. p̄ter tres primos grad⁹: et nō sit luna iuncta corporaliter mercurio. dñs medi⁹ celi sit fortunat⁹ sit luna in signis aereis. Et qz de mulieribus curandis nihil tactū est supra p̄siderand⁹ qd sit luna aucta lumine ⁊ nūero fortunata a ioue vel a venere ⁊ nō sit in aliq̄ aspectu martis sitqz luna in signo fixo ⁊ potissime in tauro et p̄nter in aquario: caue ne luna v̄l dñs ascēdēs aspiciāt mēbra vulnerandū. s. per qd essent in signo respiciente membrum vulnerandū nec sit luna in finibus signozum qz sunt termini malozum: nec sint illi duo significatores cadentes sed sit dominus ascendētis in celi medio: ⁊ hoc etiam valet in medicaminibus oculoꝝ dū tamen sit bonus planeta: aptaqz planetam membrū pariter et signum membrū ⁊ p̄ficiet patienti. Et p̄ balneo sit luna in signis aqueis sine aspectu infortunato malozum: ⁊ si luna habet bonum aspectuz ad martem prodest: aut sit in domo iouis: non sit autem in domo mercurij: et qui cito voluerit exire ponat lunam in signo mobili: nec intret quis balneum luna existente in signo calido et sicco nisi pro sanando humiditates superfluas vt de spasmo: de repletionē aut paralisi: ⁊ tunc sit in domibus martis: et omni bus signis plus valet aries: leo autem semper eutetur: et tunc expedit: vt sit luna applicans soli aut marti de trinoyel sextili aspectu. Et hęc de hoc capitulo.

## Differētie quarte

Argumentū septimi capli q̄rte d̄rie.

**C** Septimū capitulū de horis cōuenientib⁹ ad sumendū medicinas p̄fortatiuas ⁊ cordiales: ⁊ ad cōseruandū humidū radicale: ⁊ de arte ⁊ doctrina conficiendi ad hoc electuaria vina aquas ⁊ quedā alia requisita.

## De conuenien

**H** res medicinis cordialib⁹ ⁊ p̄fortatiuis sūt hore vel mēsurā t̄pis i q̄ boni planete habēt influentiā ⁊ d̄niūm. Tñ q̄nq̄ sūt boni planete: iupiter sol: ven⁹. mercuri⁹ ⁊ luna q̄ boni dicūt: q̄ influētia eoz cōit bona est. si igitur velis sumere vel alicui muni strare medicinā p̄fortatiuā sit hoc in hora aliz quoz illoz. s̄. dictoz. Et vt clarius pateat dā exemplū de ioue: eligatur hora iouis qui iupiter omni die naturaliter ad m̄iū⁹ habet influentiā hore ⁊ in die iouis quā hoc est p̄ ordinē iupiter habet influentiā hore p̄p̄e quā influentiā: p̄ tunc nō h̄z saturn⁹ nec aliquis aliozū planetarū: ⁊ cū hora iouis eligat q̄ iupiter sit in bono situ celi: ⁊ cū his aduertende sūt alie bone cōditiones figure celi superi⁹ enarrate: ⁊ sub tali influētia ministret medicina cordialis vt vir⁹ celi iuret virtutē inferoz rem ⁊ p̄pende q̄ si medicina esset de auro: vt puta p̄tabili vel folijs auri vel folijs arboris lauri: vt puta si fieret aqua p̄ distillationez de illis folijs teneris lauri: q̄ sol sup̄ illa arboze h̄z influentiā sub p̄p̄ia p̄stellarōe facta vt puta luna exiēt. in ariete vel leone ⁊ nō ē p̄dictio superioz de leone: q̄ leo est domus solis: ⁊ h̄z influentiā sup̄ illa arboze. ⁊ isto mō de floribus rosmarinū: ⁊ est bonū facere. similiter seu quolibet cōponere medicinas p̄fortatiuas sub influētijs bonoz planetarū: ⁊ melius qui dē est q̄ ap̄retur influētia s̄m exigentiam i p̄suis effect⁹ medicine p̄fortatiue. verbi gr̄a si p̄fortare velis caput: apta arietē sit q̄ luna ibi dē iuncta fortune si sit possibile: ⁊ sit luna ab i fortunijs libera: ⁊ si velis cōfortare cor apta solē pariter ⁊ leonē: ⁊ sic de alijs suo modove huc nūc explicatū est de capite: ⁊ caue ne plana neta que recipis p̄ effectū p̄fortationis sit retrogradus aut aliter impedit⁹: ⁊ est ordo iter ipsos in valore iupiter venus sol mediū: mercurius ⁊ luna tenēt extrema: nisi in hoc q̄ cōfortatio cor p̄ncipali⁹ debem⁹ atēdere solē. Et scias q̄ oēs arbozes odorifere sūt ⁊ herbe

## Capitulū VII

odorifere sūt ab influētia aliq̄z istoꝝ. s̄. plāetarū ⁊ potissime iouis solis vel veneri. Notāde sūt in p̄senti caplō aliq̄ medicine cordiales tam simplices q̄ cōposite. vnde simplices calide sūt h̄e. ambra acetosa acetositas citri agrimoniam ambo been ⁊ sunt velocis iuuamēti basilicō betonia croc⁹ cyminuz cortex citri cy namomū cubebe calamētum cardamomuz carpobalsamū calam⁹ aromaticus boronici roman emula cāpana: et est mirabilis: foliuz indū solta citri gariofili et sunt mirabiles galanga melissa musc⁹ macis nux muscata ozi<sup>m</sup> gariofilatum rosmarinus saufuc⁹. i. maiorana spica nardi seta p̄p̄e. i. sericūm crudūm sauregia salua: semē acetose semē mellisse semen citri mirabolā emblici pilaloos crudū sedoarium. **C** Et simplices frigide sūt h̄e a lauda scz caput ⁊ caro ei⁹ acetum optimi vini blacta bizancia corall⁹ cacabre camphora coriandrū siccū ⁊ humidū lutū sigillarū maris garita lactuca nenufar os de corde cerui posina acetosa marina rosa spodiū sandali viola. **C** Medicine vero cordiales temperate vel que p̄p̄ime sūt equalitati simplices sūt aurum topasius sinaragd⁹ sappirus iacin⁹ rosbinus argentum purum buglossa borago. p̄dicte medicine simplices faciūt cor gaudere repellētq̄ melancoliā totum corpus serenāt quocūq̄ modo appropinquēt sive per odorē sive per p̄fectionem sive per potū sive per epithimata aut alio mō ex cogitabili: q̄ aromatische fere oēs sūt. ⁊ nō potest aliq̄s meli⁹ eligere in egritudinib⁹ q̄ cor confortare ⁊ ei cur istis medicamib⁹ succurrere: maxie melancolicis pestilētū aut venenatū seu cardiact⁹ his q̄ fastidiosi sūt. cor em̄ est corpus p̄ncipuz ⁊ aie sedes omnū archa virtutum ⁊ spirituz generator. **L** confortāt generaliter totū corpus medicine que bonū sanguinē generant ⁊ que ipsum asuppluuntib⁹ mūdant ⁊ eum clarificanc ⁊ que adiuuāt spūs ⁊ mēbra. **M**edicis ne igit que p̄fortant alleuiādo ⁊ sanguinē ab humouib⁹ mundando sūt iste. sene casia fistula cuscuta solium sticados bruscus pencedanū ansium oēs mirabolam. ⁊ sunt mirabiles in isto casu buglossa borago aurum seruz capmū sūm⁹ terre apū mastix ⁊ vinū aromaticū: omnia hęc mundificant sanguinē ⁊ clarificant eum actotum corpus p̄fortant. cum istis medicis cordialib⁹ nunq̄ desinat medic⁹

operari. virtus em̄ vitalis gaudet cordialib⁹  
virtus aialis gaudet delectationib⁹. f. sensibi  
libus ⁊ odoriferis bonis pulchris coloubus  
delectantib⁹ sonis armonijs amenis ⁊ sapor  
bus delectabilibus. virtus v̄o naturalis gau  
det calidis ⁊ hūidis: s̄ medicine cōposite cor  
diales sunt electuaria aliq̄: vina q̄d: ⁊ filiter  
quedā aque. vñ electuaria calida sunt cordi  
alia dyacameron dyambra leticia galiemi diā  
thos et dyamargariton. frigida sunt dyaboiz  
ginatū dyabuglossatū dyanemiferatū zucē ro  
fata zucē violacea ⁊ masandeli: ⁊ ē quoddā  
electuariū vite ab amaldo de villanoua in li  
bello suo de retardanda senectute descriptū  
ex q̄ngs gñib⁹ mirabolonoꝝ in via cōseruatio  
me: fantatis ⁊ plongationis vite cōpositū et  
est res p̄fecta ⁊ pbata: q̄ nō solū cōfortat: s̄  
⁊ supfluitares ex nutr̄ imēto p̄terito reāntes  
purgat. ⁊ vsus eius caniciē retardat ⁊ ad de  
crepitū puenire facit: stomachū corroboret et  
vsus ei⁹ reddit colozē bonū toti corpon ⁊ ē de  
scriptio eius hec. R̄. yuarū passularū mūda  
tarū ab arri⁹ lib. 2. liquoricie mūdate ac cōru  
se. 3. i. ponātur ista in duab⁹ lib et s̄. aque clas  
re recentis ⁊ bene coquātur ⁊ colent ⁊ expri  
mātur: ⁊ icolatura ponātur mirabolonoꝝ ex  
ossib⁹ nucleatoꝝ: ⁊ i mortario ex assos lrebu  
loꝝ citriuoꝝ ⁊ indoz añ. 3. 2. emblicozū ⁊ bel  
lenicoꝝ añ. 3. 2. coquātur ⁊ exprimātur ⁊ colē  
tur. Et post addat zuccare albe. lib. i. Et cuz  
illa decoquātur vsq̄ ad sp̄situdinez syrūpi.  
Et in fine addat cynamomi electi. 3. s̄. garoꝝ  
galange añ. 3. 2. nucis muscate gross. 2. m̄ ara  
ri amil. añ. 3. vnaz fiat electuariū: ⁊ ponatur  
in pipide ligni cōperentis cōplexioni volētis  
vri eo vt pro splene in pipide ligni tamarisci:  
vel fragmi aut iunipi pro fleumatibus: ⁊ sic de  
singulis. In ipso electuario sunt principalū  
membroz medicine. f. cordis: capitis: stomas  
chi: epatis: splenis ⁊ generatiuoꝝ. Et est pri  
mo calidū: postea humidū: post frigidū: ⁊ vlti  
mo siccū. Est etiam cōfecno quedā eiusdē do  
ctozus. In eod libello memoria corroboreans:  
cuius descriptio est. R̄. pipens longi cummi  
añ. pres. 2. gozioc̄ p̄tem. i. zucari ad quantita  
tē omnū. L̄. osequeter itaq̄ dicēdū ē de vinis  
eiusdē amaldi de villanoua de quodā suo tra  
ctatu i titulato de vinis art. cialib⁹ extractis.  
Inter que vina vnū est cōtra humozes adu  
stos pro colerici ⁊ macis adducens leticias

Et descriptio ei⁹ ē. R̄. Radicis buglosse mū  
date. lib. i. rosariū violariū floꝝ boraginis: ⁊ bu  
glosse. añ. lib. s̄. been. albi ⁊ rubei. añ. 3. i. cōcas  
sent ⁊ ponātur in sacco: qui saccul⁹ ponat  
in vase mundo continente tres sarcinatas  
boni vini nouiter expressi albiors ⁊ purioris  
q̄d inueniri possit: et q̄ medietas cum dictis  
specieb⁹ bulliat. Et sic alia medietas per se ⁊  
bene dispumet: ⁊ tunc excolef ⁊ ponat in va  
se ⁊ de alio impleat donec recesserit seruo: et  
bene clarificatū fuerit: ⁊ post assiduef. Aliud  
vinū eiusdē amaldi in eod. In multo nouo po  
nātur floꝝes boraginis vsq̄ ad p̄fectā depura  
tōne vel aliter q̄ in bono vino d̄ dyabozagine  
sue de cōsua eius dissoluat ⁊ vsu referuet.  
Aliud eiusdē in eodem q̄d est ad p̄seruandū  
cōplexionē ⁊ iuuentutem. R̄. cubebe garick  
nucis muscate. passule. añ. 3. tres positi in sac  
culo bulliat i boni vini. lib. 3. vsq̄ dū redeat ad  
lib. 2. addat zucari q̄d sufficit: ⁊ sumat sero et  
mane. 3. i. vel plus aut minus sicut oportet.

Iste etiam potus valde p̄fortat: ⁊ p̄ferum cō  
ualescentes ab egritudinib⁹ frigidis: ⁊ multū  
consumit humiditates fleumaticas supfluas  
in oculis p̄tib⁹ corpis latētes. Est quoq̄ plus  
quidā descriptus ab eod amaldo in eodē. cō  
seruans oīa mēbra principalia: cui⁹ aggregas  
tio hec est. R̄. zinziberi albi mūdi. 3. s̄. cardas  
moni dronici. añ. 3. 2. cinamomi electi. 3. i. croci  
3. s̄. corandi p̄parati. 3. 10. zucari ad velle s̄  
at puluis. Comestio in sup passularū emulea  
tarū. 3. 2. in ieiunio p̄oficit. ad viam iuuenescē  
tie eo q̄ digestionē efficiant melioꝝ et minoꝝ  
raf ex eis fleuma. Confortat epat: ⁊ ipinguat  
ipsū qm̄ amici sunt stomachi et epatis ⁊ ge  
nerat sanguinē copiosoz: ⁊ sp̄sioꝝ: ⁊ cū su  
mūtur post abū. habitant ⁊ humectant vē  
trem. Sequūtur alia vina amaldi in predicto  
suo tractatu descripta. vinū buglossatū valca  
melacolicis sic sit. R̄. Radices buglosse mū  
date vt decet sine lorione: ponantur in vino  
electo quousq̄ saporē eius sumat ⁊ assiduef  
Aliud vinū distillet zinziberi ⁊ cinamomū cō  
tra palisim: ⁊ cōtra omnē frigidā cōplexionē:  
vel passionē. Aliud est vinū auri. Et ingatur  
lamia auri. 50. vicib⁹ in vino electissimo clas  
ro ⁊ post dimittat clarescere ⁊ diligēt colef  
et seruet. Et q̄s vina panter ⁊ medicine ex ar  
naldo sumptē posite sunt hic ad aliquā m̄  
troductionē medicinarū cordialū ipsū pos

## Differētie quarte

eius insequēdo eo q̄ ipse cūctis phisicis sui  
 t̄p̄is cū sc̄pta cōiter habem⁹. fuerat vñ magi  
 illuminat⁹ ⁊ elegantior ingenij. volēs igit̄  
 plures ⁊ cordiales ⁊ notabiles medicinas sci  
 re ad tractatus p̄ ipsum cōpositos recurrat.  
 Circa doctrinā, cōficiendi aquas solēnes: ad  
 quas recurrēdum est qñ eger a phisicis dere  
 lictus medicinis cōibus sanitati nequit resti  
 tui cuius finodi sunt iste. Aqua celidome ⁊ aq̄  
 sanguinis humani: que describūtur in tracta  
 tu qñte essentie frat̄i Jobis de rupecissa ml̄  
 tum elegāter licet nō cōmode ad vsu pau  
 perū. ideo ad moderandū expensas pariter ⁊  
 tēporis p̄licitatem. practicus est alter. mo  
 dus de facto satis familiaris faciendi aquam  
 celidome: ⁊ est iste. colligat̄ tēpore sereno et  
 pp̄rie circa finē mēsis maij herba celidome to  
 ta cum radice que herba multū similis est cō  
 p̄lexioni humane. Emitit em̄ de radicib⁹ hu  
 miditatē sanguinis silem: ⁊ de herba humidi  
 tatem silem lacti ob hoc pōt dici celidoma q̄  
 si celi donū. Est em̄ isti herbe celi virt⁹ mirabi  
 lis donata ad humane cōplexionis p̄seruatio  
 nē et incōmodoz humane nature euitationē  
 pariter: ⁊ etiā ad egritudinuz hūano cor̄pori  
 accidentū curam. Flores etiā habet aurei  
 coloris: que herba tota sine lotionē mūdet.  
 videlicet radēdo solū. sup̄ficiem ipsi⁹. radices  
 vt a sup̄fluitatib⁹ terreis emūdet. folia ēt si q̄  
 corrupta sint penitus refecentur. Et sit herbe  
 quāntas ad placitū. fin tamen capacitatē va  
 forum factiom ipsi⁹ aque subseruentū: que  
 quāntitas ponderet̄: quo pōdere habito capia  
 tur. 60<sup>o</sup>. ps salis cōis p̄parati ad hoīm medi  
 cinas: que p̄paratio sic fit. R̄. Salis cōis quā  
 titatē placitā ⁊ pone in vase terreo: ⁊ sup̄asp  
 ge aliquantulū aque: vt aliq̄liter inadesiat: ⁊  
 pone in loco frigidō ⁊ humido: ⁊ tūc dissolua  
 tur in aquā. Postea distilla p̄ filtrū in scisuz in  
 vna pte. Ita vt sint. 3. aut 4<sup>or</sup>. pres acute p̄  
 cedētes a parte nō in scisa filtri: aliquantulum  
 magis ampla quā sit ps in scisa. Et vocant̄ lun  
 gue apud medicos: cui⁹ ps in scisa pēdeat ex  
 vas illud in quo est sal dissolutū: ⁊ ps nō scisa  
 sit in ipso dissolutō: ⁊ inclinet̄ aliquantū vas.  
 Et sic eleuabit pur⁹ liquor ⁊ colabit̄ p̄ filtruz  
 Colligat̄ igit̄ ille humor distillans: q̄ postea i  
 vase terreo ponat̄ sup̄ fontē ignē quousq̄ hu  
 miditatib⁹ consūptis albefcat ⁊ appareat ma  
 teria cōgelata alba. hoc sale enas potētes vñ

## Capitulū vii

debēt in suis ferculis: ⁊ est multo fort⁹ puri⁹  
 q̄ ⁊ sani⁹. Sal tñ burgōdie satis vicinat⁹ i pu  
 ritate sal p̄parato ad medicinas hoīm: sed  
 nō est adeo forte sicut marinū. Et hec ps. 60  
 salis p̄parati p̄terat̄ cū sup̄radicta herba mū  
 data in mortario mūdo. et cōterantur he due  
 materie tam diu sil quousq̄ sint quasi ad ma  
 teriā aqueaz redactē. Que materia ponat̄ in  
 phiala vitrea satis fori ipletat⁹ ad collum  
 clauso ouificio cū luto sapientie. ponat̄ in furnū  
